

DE USU
PRAEPOSITIONUM PLOTINIANO QUAESTIONES.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XV. M. MARTII MDCCCLXXXVI. H. XII.

IN AULA MINORE

DEFENDET

EUGENIUS SEIDEL

SILESIUS.

ADVERSARI ERUNT:

JOANNES KLUCK, CAND. PHIL.

JOANNES WOTKE, CAND. PHIL.

NISSAE.

TYPIS F. BAER.

MARTINO HERTZ

SACRUM.

Plotinum, postquam immerito neglectus diu iacuit, cui operam demur, in primis dignum esse nunc apud omnes constat; neque tamen modo dignum, sed etiam egenum, cuius libris ars et interpretandi et criticam faciendi adhibeatur; quamquam doctissimi cultores ei exstiterunt sagacissimi, felicissimi, Steinhart, Kirchhoff, Mueller, Volkmann, H. v. Kleist. ¹⁾

Quod si nos quamvis exiguum studiis Plotinianis conferre suscepimus et difficultate rei aliquantum impediti in proposito stetimus, non sublimitatem cogitationum volatu persequi conamur, sed quod ex minuta dicendi observatione emolumentum philosopho contingere visum est, id pedetemptim ad lucem trahere.

Quod ad praepositiones studium contuli, uberrimos ex earum tractatione redundare fructus Tycho Mommsen docuit. Exemplis autem collatis omnibus, cum materiam perlustrarem, maior erat quam ut eam exhaurire possem, praesertim cum priore loco non de singularum particularum usu, sed de frequentia ceterisque proprietatibus in universum disserendum esse censerem. Prior igitur pars generalis erit, altera specimen continebit, quae de particula *πρός* dicenda sunt.

Sed primum, quid de codicum memoria mihi constet, quam eis fidem habeam, quibus locis discedendum fuerit, necesse est

¹⁾ Recentiorum studia haec affero: Dispositionen zu den drei ersten Enneaden des Plotinos von H. F. Mueller. Bremen 1883; Plotinische Studien. I. Heft. Studien zur IV. Enneade von H. v. Kleist. Heidelberg 1883; Plotins Enneaden I b. 1. c. 1—6. exegetisch und kritisch untersucht von P. Pabst, in Philol. XL. 4. p. 662 sqq. De locis quibusdam Plotinianis commentatus est M. J. Monrad. Christiania (Videnskabselskabs Forhandling 1884. No. 5.) Zu Plotinos. Enn. III. 1. von H. v. Kleist, in Philol. XLV. 1. p. 34. sqq. De doctrina Plotini nuper disseruit Michelis: Ueber die Bedeutung des Neuplatonismus für die Entwicklung der christlichen Speculation. (Philosophische Vorträge herausg. von der Philos. Gesellschaft zu Berlin., Neue Folge. 8. Heft. Halle a. d. S. 1885.)

statuere. Atque editionem secutus sum, quam Ricardus Volkmann nuper instituit, neque tamen facere potui, quin saepe dissentirem. Non enim id solum curandum erat, ut oratio bene procederet, concinnas sententias probe redderent verba, sed etiam, ne corrigeretur, ubi librorum in memoria acquiescere possumus, quamquam coniectura facilius minusque insolita oratio constituitur. Quamquam igitur Volkmann, multa, quae Muellero aliter placuerunt, correxit, saepe tamen huic adstipulor ¹⁾ quia indolem scriptoris videtur maiore cum verecundia servasse. Ipse secui, mutavi, qua par erat modestia; nam cum singula numeranda, ponderanda, comparanda sint, vel unum exemplum calculum turbat.

Haec restant, quae praemoneam: Paginas, versus numero ed. Volkmann.

Quas aliorum sententias Plotinus laudat, non seorsum tractavi, quoniam exceptis perpaucis eisque brevissimis non ad verbum eas reddit.

Quod ad dispositionem prioris partis, multum debeo libello Francisci Krebs, qui inscribitur „Die Praepositionen bei Polybius. Wuerzburg 1882.“ Mommsen, quos de praepositionibus edidit libellos (Programm des städtischen Gymnasiums zu Frankfurt a. M. 1874, 1876, 1878) significabo Mommsen I, II, III. Ficinus. Fic., Kirchhoff. K., Vitringa. Vi., Mueller. M., Volkmann. Vo.

Conspectus locorum, quibus a recensione Volkm. recedendum erat.

πρός

- I. 1. 8. 45. 16. acquiescendum est in libr. τὸν δὲ θεὸν πῶς.
 I. 2. 5. 54. 31. ll. *συνάγουσαν πρὸς ἐαυτήν.* edd. Porphyrium²⁾
 secuti πρὸς omittunt; scribendum est *συνάγουσαν ἐαυτήν*
πρὸς ἐαυτήν.
 II. 4. 16. 166. 18. ll. *πρὸς τῷ καλῷ* mutandum est in *πρὸς*
τὸ κατώ.
 III. 3. 5. 257. 32. vv. *ὁ δ' ἀκόλαστος πρὸς αὐτὸν ἄλλο* M. recte
 delevit.

¹⁾ Hoc meum iudicium firmavit Wohlrabi recens. ed. Volkm. Lit. Cntrbl. 1884. No. 48. p. 1684.

²⁾ cf. *Πορφυρίου φιλοσόφου ἀφορμαὶ πρὸς τὰ νοητά* XXXIV; neque tamen idoneus locus, cuius ad exemplar hunc emendemus.

- III. 6. 5. 288. 12. receptis ex antecedenti versu verbis τὰ ἄνω lego χωρισμός γε πρὸς τὰ ἄνω τῆς ψυχῆς cf. ἀπό.
- III. 6. 17. 305. 28 lego ἐγίνετο πᾶσα μὲν μέγα πρὸς αὐτοῦ τοῦ μέγα ἐκλαμπομένη.
- IV. 3. 4. 14. 14. ll. ἐπιστροφὴν τὰ τῆδε K. lacunam indicavit. M. πρὸς inseruit; lego: ἐπιστραφεῖναι τὰ τῆδε cf. IV. 3. 12. 24. 26.
- IV. 3. 21. 34. 26. tenenda ll. ἐνδύντος πρὸς.
- IV. 4. 26. 74. 28. vv. πρὸς αὐτὴν καὶ τᾶλλα deleo.
- IV. 4. 35. 88. 18. πρὸς cum verbis τί τὸ τρίγωνον . . μέχρι τίνος M. recte delet.
- VI. 1. 4. 267. 26. cum corrigente manu cod. med. A scribendum est πως pro πρὸς.
- VI. 4. 12. 377. 5. ll: πρὸς Vo iniuria omisit.

ἐπί.

- II. 3. 14. 145. 28 et 30 quae Vo. ⁱ seruit ἐπί non necessaria sunt.
- II. 4. 2. 152. 1. tenenda sunt ll. et edd. K. M. ἀφ' ὧν; male Vitringa¹⁾ et Vo. ἐφ' ὧν cf. VI. 6. 13. 414. 20.
- VI. 7. 36. 470. 8. ll. ἐπ'; s. l. al. m. cod. A. ὑπ'; edd. K. M. Vo. ὑπ'; ego cum libris ἐπ'. cf. V. 8. 10. 243. 12.

ὑπό.

- VI. 7. 25. 456. 19. tenenda sunt ὑπ' αὐτό.

παρά.

- II. 1. 7. 127. 3. post ἔχῃ M. Vo. non necessaria inserunt: παρὰ γῆς. Plat. Tim. 31 B coniecturam non commendat.
- II. 3. 14. 145. 11. M.²⁾ correxit παρὰ τῶν τόπων ἔσχε τι τὰ . . ita legendum est.
- III. 7. 4. 313. 14. scribendum est ἐνοῦσα παρ' αὐτῆς; ita ll. auct. Vo.; auct. M. παρ' αὐτῆ. cf. ib. v. 16. ἐνυπάρχοντα . . . ἐκ τῆς οὐσίας ἅπαντα καὶ σὺν τῇ οὐσίᾳ et VI. 6. 18, 423. 15.

¹⁾ Annotationes criticae in Plotini enneadum partem priorem auctore A. J. Vitringa. Daventriae 1876.

²⁾ Dispositionen . . . p. 48. ann.

- IV. 4. 35. 88. 17. sqq. *παρά* cum verbis *τί τὸ τρίγωνον . . .*
μέχρι τίνος M. recte delevit. cf. *πρός*.
 V. 9. 3. 250. 13. recte ll. et edd. K. M. *παρ' αὐτῆς*. Vo: *παρ'*
αὐτῆς.¹⁾
 VI. 7. 26. 457. 3. ceteri cum libris *παρ' αὐτό*, ego: *παρ' αὐτοῦ*
 sc. *τοῦ αγαθοῦ*; distinguendum est post *αἰσθάνεσθαι*.

περί.

- I. 4. 10. 74. 9. *καὶ περὶ τούτων* deleta velim.
 II. 1. 2. 121. 5. ll. edd. K. M. *τὰς ὑποθέσεις τοῦ πέμπτου*.
 Vo. ex Proclo non bene *περί* ante *τοῦ* inseruit.²⁾
 III. 6. 5. 287. 32. Vo. *περί* iniuria delevit.
 IV. 3. 13. 26. 12. acquiescendum est in ll. *περὶ τὰς τῶν δένδρων*
διοικήσεις . . . γιγνομένων.
 V. 9. 10. 257. 9. *περί*, quod Vo. Vitringam secutus ante *κακοῦ*
 inseruit, non necessarium est.
 VI. 5. 11. 395. 23. ll. *περὶ τῆς προθυμίας*. scribendum esse censeo
περιττῆς προθυμίας. cf. II. 4. 5. 154. 27. sq. ib. 7. 156. 14. sqq.

κατά.

- I. 3. 5. 61. 18. acquiescendum est in ll. *καὶ ἡ αἰσθησις*.
 II. 9. 9. 197. 11. tenenda ll. *καὶ ὅσον*.
 III. 8. 11. 345. 2. sq. *κατά* cum vv. *ὑλῆ . . ἐνέργειαν* cum M.³⁾
 deleta velim.
 IV. 4. 26. 74. 10. duo *κατά* cum vv. *γίνονται . . . συμπαθῶς*
 persuasit mihi H. v. Kleist⁴⁾ esse delenda.
 IV. 4. 35. 88. 17. *κατά* M. recte delevit. cf. *πρός*.
 ib. 23. malo cum M. *προαιρέσει* legi quam cum Vo. [*κατά*]
προαίρεσιν.
 V. 1. 3. 164. 22. tenenda ll. *καὶ ἦν προίεται*. Vo. *καθ' ἦν*.

¹⁾ cf. Lit. Centr. Bl. 1. 1.

²⁾ Proclus non integra verba laudat. cf. Procli commentarius in Platonis Timaeum rec. C. E. Chr. Schneider. Par. Lond. 1847. 73 A *περὶ ὧν καὶ ὁ Πλωτῖνος εἶπεν. Ἀριστοτέλης μὲν οὖν οὐδὲν πρᾶγμα, εἴ τις αὐτοῦ τὰς περὶ τοῦ πέμπτου σώματος ὑποθέσεις παραδέξατο*.

³⁾ Ueber Plotins Schrift *περὶ θεωρίας*. J. B. d. Kgl. Klosterschule zu Ilfeld. 1874/5. Nordhausen. p. 20. ann. 3.

⁴⁾ Plotinische Studien p. 96 sqq.

- V. 5. 4. 210. 19. ll. edd. *κατ' ἄλλο*. ego malim *κατ' ἄλλον*.
cf. V. 3. 15. 198. 21.
- VI. 7. 27. 458. 31. numeravi *κατά* quod Vo. praef^{II}. LII. recte
proposuit, sed verba aliter collocavi: *εἰ μὴ ἐποίτο ἡδονή,*
αἰρετέον κατ' αὐτὸ καὶ ζητητέον. καὶ ante *εἰ* inserere inutile.

διά.

- IV. 3. 3. 13. 10. recte ll. et edd. K. M. *τῶν δὴ ὀργάνων δι' ᾧν*.
V. 1. 7. 170. 24. ll. *γενέσθαι ᾧ γεννᾷ*. K. lacunam indicavit. M.
καὶ Vo. *διὰ τὸ* inseruit; malim *γενέσθαι ᾧ τε γεννᾷ*.

μετά.

- III. 6. 17. 305. 26. ll. memoria servanda, nisi quod *τό* mutandum
est in *τοῦ* cf. cp. 16. impr. p. 304. v. 12.

εἰς.

- IV. 3. 5. 15. 7. *εἰς ἐν* ll. tenenda sunt.
4. 26. 74. 13. *εἰς* Kleist recte delevit cf. *κατά*.
4. 41. 96. 13. ll. *ἄλλον (ἄλλο A) ὁ μηχανησάμενος ἢ ἐλθεῖν;*
M. *ἄλλον οὐ μ. ἐλθεῖν;* Vo. *ἄλλον οὐ μ. [εἰς ἐκεῖνον]*
ἐλθεῖν; equidem propono: (*ἔβλαψεν ἄλλο*) *οἷ μὴ μηχανη-*
σάμενος ἦν ἐλθεῖν. cf. Fic. nequaquam machinatus ignem
illuc usque procedere.
- IV. 4. 42. 97. 10. post. *ἀπαθές* insero: *εἰς* cf. ib. v. 21. *ἀπαθῆς*
εἰς γοήτευσιν.
- IV. 7. 10. 138. 26. *εἰς* K. inutile inseruit; *ἀτενίσας* solutum ab
omni praepositione; *τὴν . . ὁμοιότητα* pendet a *πρὸς* cf. I.
6. 9. 96. 3; VI. 2. 8. 308. 23. sq.
- V. 8. 2. 232. 32. *ἀλλ' εἰς ἐν* K. M. iure deleverunt.
- VI. 3. 13. 342. 22. locus corruptus; malo cum M. vv. (v. 22.)
τρίγωνον . . ταῦτα delere, quam cum Vo. *εἰς* inserere.
- VI. 4. 7. 371. 11. ll. *εἴση* auct. Vo. *εἴση* auct. M., scribendum
est *εἴση* cum K. M. non *εἰς* cum Vo.
- VI. 6. 12. 412. 32. non est, cur *εἰς* eiciatur.
- VI. 9. 6. 516. 3. sq. ll. *εἰς τό* mutanda sunt in *ὥστε*, cetera
integra relinquenda: *πλέον ἐστὶν ἢ θεὸν ἂν αὐτὸν ἐφαν-*
τάσθης, ὥστε ἐνικώτερον τῆς σῆς νοήσεως εἶναι.

ἐν.

- III. 6. 9. 294. 22. codd. B. C. ἄλλο ἄλλω; rectius Vi. ἄλλο καὶ ἄλλο quam Vo. ἄλλο ἐν ἄλλω.
- IV. 4. 18. 65. 5. acquiescendum est in II. ἐν ἐν.
4. 26. 74. 12. ἐν Kleist recte deleuit. cf. κατὰ.
- V. 1. 10. 173. 20. II. ἐν cum K. M. defendo contra Vi. Vo. ἐπί.
- V. 7. 2. 229. 16. ἐν cum vv. οἱ δὲ ἐν ἄλλῃ χώρᾳ πῶς διάφοροι Vi. M. recte deleuerunt.
- VI. 1. 14. 280. 29. vv. τὸ δὲ ποῦ ἐν Λυκείῳ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ tenenda sunt cum K. M.
- VI. 3. 27. 361. 11. lacuna. ἐν, quod M. cum aliis inseruit, numerare non audeo.
- VI. 8. 6. 486. 1. ἐν, quod M. proposuit, Vo. recepit, inutile est. cf. VI. 7. 28. 459. 22.

ἐκ.

- IV. 4. 22. 69. 29. II. καὶ tenendum est contra Kleist.¹⁾ et Vo: ἐκ.

ἀπό.

- III. 6. 5. 288. 11. II. εἰ δὲ ἐπὶ θάτερα τὰ ἄνω ἀπὸ τῶν κάτω; τὰ ἄνω in insequentem versum releganda sunt post πρὸς; cetera sana cf. πρὸς.
- IV. 3. 4. 13. 32. cod A. et ed. K.: κατὰ μέρη μάλιστα ἀπ' ἀλλήλων ὄντων δὲ cod C ἕκαστα pro μάλιστα. M. κ. μ. διαφέροντα μὲν ἕκαστα ἀπ' ἀλλήλων, ὄντα δὲ . . . Vo.: κ. μ. [διαφέροντα] μάλιστα ἀλλήλων, ὄντα δὲ . . . Sed ἀπό utique tenendum; fortasse scriptum erat: . . . κατὰ μέρη, ἕκαστων μάλιστα ἀπ' ἀλλήλων ὄντων, ὄντων δὲ ὁμοῦ ἀεί . . . de usu ἀπό cf. VI. 6. 7. 424. 25.
- V. 9. 4. 251. 18. II. edd. K. M. ὕστερα ἀπ' ἐκείνων Vo.: ἀπ' iniuria omisit²⁾ cf. V. 5. 12. 220. 11.

πρό.

- IV. 4. 13. 60. 14. vv. ἢ καὶ πρὸ τούτου M. recte deleuit.
- V. 2. 1. 176. 20. II. ὥπερ αὐτὸ αὐτοῦ [auct. Vo. αὐτοῦ] K. M. Vo.: ὥσπερ τὸ πρὸ αὐτοῦ; propono: ὥσπερ αὐτὸν τὸ αὐτοῦ πρότερον [προέχεε]; αὐτόν sc. τὸν νοῦν; τὸ αὐτοῦ πρότερον sc. τὸ ἐν.

¹⁾ Plotin. Stud. p. 84. ²⁾ cf. Lit. Cntrlbl. I. I.

ἀντί.

- VI. 7. 34. 467. 12. II. οὐδὲν πάντων ἀντὶ τούτου ἀλλάξαιτο.
edd. ἄν pro ἀντί; ἀντί tenendum est et scribendum ἄν
ἀντὶ τούτου.

σύν.

- VI. 7. 3. 429. 3. post τοίνυν inserto σύν; distinguendum est post
αἰτίας et post οὐσία.

μέχρι,

- IV. 4. 35. 88. 19. M. μέχρι recte delevit. cf. πρὸς.

ἀνά.

- III. 6. 4. 287. 17. malim seiungi ἀνὰ λόγον pro ἀνάλογον cf.
II. 3. 13. 144. 20.

Pars prior.

In parte generali materiam ita disposui, ut deinceps dicturus sim in universum de praepositionum et adverbialium praepositionalium vel casualium frequentia, de casuum iis additorum numero eorumque condicionibus, de causis polyprothesis, de repetitione et commutatione, de cumulatione praepositionum, de coniunctione cum aliis particulis, de forma, de collocatione. Atque primum de frequentia exponitur; quattuor autem gradus distincte inter se seiunctos praepositionum constituere possumus, quos in ipsa enumeratione adhibebimus. Exstant

I.	ἐν	3310	ἀπο	475
II.	εἰς	1462	μετά	403
	πρὸς	1299	πρό	324
	κατά	1272	ὑπό	252
	ἐπί	1255	IV. ὑπέρ	54
	ἐξ	1127	σύν	35
III.	διά	815	ἀντί	34
	παρά	734	ἀνά	14
	περί	651	ἀμφί	1

summa 13517

Frequentiam adverbialium haec tabula indicat: exstant

<i>ἄνευ</i>	117	<i>εἴσω</i>	3
<i>ἔξω</i>	85	<i>ἐνι</i>	3
<i>ἐπέκεινα</i>	69	<i>πρότερον</i>	3
<i>μέχρι</i>	47	<i>ἄνω</i>	2
<i>ἐγγύς</i>	24	<i>ἐπάνω</i>	2
<i>ἐνεκα</i>	24	<i>ἕως</i>	2
<i>μεταξύ</i>	23	<i>ἕστερον</i>	2
<i>χάριν</i>	17	<i>ἄνωθεν</i>	1
<i>ἐφ' ἐξῆς</i>	13	<i>δίκην</i>	1
<i>χωρίς</i>	13	<i>ἔμπροσθεν</i>	1
<i>ἔξωθεν</i>	12	<i>ἐνδον</i>	1
<i>ὁμοῦ</i>	8	<i>ἐπίπροσθεν</i>	1
<i>ἐντός</i>	7	<i>ἐτέρωθι</i>	1
<i>ἅμα</i>	6	<i>κάτω</i>	1
<i>αἰτία</i>	6	<i>ὀπισθεν</i>	1
<i>πλησίον</i>	5	<i>παρέξ</i>	1
<i>ὑπεράνω</i>	5	<i>ψροσέτι</i>	1
<i>ἐκτός</i>	4	<i>πρόσθεν</i>	1

summa 513

Hos numeros cum numero paginarum ed. Teubner. 822 comparantes, si etiam adverbialia in calculum vocamus singulae paginae septenas denas, sin minus, modo septenas denas, modo senas denas particulas continent—numerus satis magnus—quamvis non aequè distributae per paginas nunc increbrescunt, nunc rarescunt.¹⁾

Inter praepositiones et adverbia casualia ea condicio intercedit, ut vicenis septenis praepositionibus singula adverbia casualia respondeant.²⁾

Deinde quod ad varietatem particularum utriusque generis attinet, cum praepositionum usus magis magisque simplex fiat,

¹⁾ Maior etiam numerus (20—21) apud Polybium invenitur. cf. Fr. Krebs. Die Praepositionen bei Polybius p. 4; eiusdem lib. Die praepositionsartigen Adverbien bei Polybius I. T. Progr. d. Kgl. neuen Gymnas. zu Regensburg 1882. p. 3. sq.

²⁾ Hic usus, quantum insigni opera Mommseni de ea re cognitum est, ab usu Platonis aliquantum distat; is enim denis vel novenis praepositionibus singula adverbialia immiscet. Propius Plotinus ad Thucydidis usum accedit [1: 22 (24)] sed hoc quoque parcius est cf. Mommsen II. p. 3. ann. 4.

aliae fere omnino respuantur, aliae perraro inveniuntur, aliae unum alterumve casum spernant, adverbialium ubertas formarum servatur vel augetur; apud Plotinum duplo plus adverbialia exstant (duodequadragesima) quam praepositiones (duodeviginti).¹⁾ Priusquam autem ad singula nos vertamus, casuum condiciones expedit his tabulis declarare.

Accusativos sibi iungit

<i>εἰς</i>	1462
<i>πρός</i>	1243
<i>κατά</i>	1196
<i>διά</i>	586
<i>περί</i>	328
<i>ἐπί</i>	310
<i>μετά</i>	191
<i>παρά</i>	154
<i>ὑπό</i>	61
<i>ὑπέρ</i>	40
<i>ἀνά</i>	14
<i>ὀμφί</i>	1

summa 5586

dativos:

<i>ἐν</i>	3310
<i>ἐπί</i>	269
<i>παρά</i>	73
<i>πρός</i>	47
<i>σύν</i>	35
<i>ὑπό</i>	8
<i>περί</i>	1

summa 3743

Genetivos sibi iungit:

<i>ἐξ</i>	1127
<i>ἐπί</i>	676
<i>παρά</i>	507
<i>ἀπό</i>	475
<i>πρό</i>	324
<i>περί</i>	322

<i>διά</i>	229
<i>μετά</i>	212
<i>ὑπό</i>	183
<i>κατά</i>	76
<i>ἀντί</i>	34
<i>ὑπέρ</i>	14
<i>πρός</i>	9

summa 4188.

Hanc igitur casuum condicionem habemus: acc.: gen.: dat = 5,6 : 4,2 : 3,7. Quam si comparamus cum ea, quam in usu dicendi poëtarum scaenicorum Mommsen²⁾ invenit:

	acc.	gen.	dat.
Aesch.	4	5	5
Soph.	2	3	2
Eurip.	5	4	4
Aristoph.	3	3	2

¹⁾ cf. Krebs Progr. Ratisbon. 1882. p. 1.

²⁾ cf. Mommsen. II, 17.

ad usum Euripideum proxime accedere videtur. Ita tamen parum recte iudicaverimus. Videndum enim est, quomodo numeri singulorum casuum compositi sint, quot praepositiones et quales ad unumquemque efficiendum attulerint. Quod si praepositiones, quibus singulis singuli casus proprii sunt, seorsum tractamus:

accusativos sibi nectit:	genetivos:	dativos:
<i>εἰς</i> 1462	<i>ἐξ</i> 1127	<i>ἐν</i> 3310
<i>ἀνά</i> 14	<i>ἀπό</i> 475	<i>σύν</i> 35
summa 1476	<i>πρό</i> 324	summa 3345
	<i>ἀντί</i> 34	
	summa 1960	

ut ratio haec sit: acc: gen: dat = 1,5: 2: 3,3 et primum locum dativus obtineat. Est igitur ceterarum praepositionum duos vel tres casus sibi coniungentium hanc condicionem in contrariam vertere; eaeque maxime idoneae sunt, quibus demonstratur, quo tendat scribentis indoles vel aetatis cuiusdam consuetudo; nam concesso e tribus unum, vel duorum alterum casum praepositioni addere, concesso e tribus particularum generibus, uniformium, biformium, triformium has vel illas eligere, cui casui, cui particularum generi scriptor sive conscius sive inscius potissimum faverit, quos unicuique praepositioni casus magis minusve accommodatos senserit, optime cognoscitur. Jam vero, cum etiam supra dativum et genetivum praevalere accusativo apparuerit, ex ipsis triformibus particulis illos casus, maius tamen genetivum, incrementum accipere hac tabula docemur; iungunt sibi

	acc.	gen.	dat.
<i>πρός</i>	1243	9	47
<i>ἐπί</i>	307	676	269
<i>περί</i>	328	322	1
<i>παρά</i>	154	507	73
<i>ὑπό</i>	61	183	8
	2093	1697	398.

Accusativi vim unum *πρός* adauget, idque magnopere (acc: gen: dat. = 138: 1: 5,2); contra maior pars, tres ex illis, genetivum potissimum amplectuntur *ἐπί*, *παρά*, *ὑπό*; maxime *παρά*; aequae fere valent accusativi et genetivi particulae *περί*; dativus apud omnes, excepto *πρός*, genetivo aliquantum cedit, maxime apud *περί*; cedit et accusativo.

Hunc vero ad fulciendum bifformes particulae praepositioni *πρός* subveniunt; vide tabulam.

	acc.	gen.
<i>κατά</i>	1196	76
<i>διά</i>	586	229
<i>μετά</i>	191	212
<i>ὑπέρ</i>	40	14
	2013	531

excepto *μετά* omnes accusativo magis favent, maxime *κατά* (acc.: gen. = 16 : 1.); quod ad *διά*, quarta pars efficitur formula *διό*; sed his omissis, tamen accusativus multo superior est.

Summa haec est. Suam quisque casus particulam habet, qua potissimum tenetur, accusativus *εἰς*, genetivus *ἐξ*, dativus *ἐν*; accusativo primae partes evenerunt, secundae genetivo, dativo tertiae. Quamquam igitur Mommsen Plotinum parum recte in numero eorum habet, in denen die Genetivpräpositionen meist wegen ermüdender Wiederholung einzelner Wendungen und Formeln den Vorrang haben' ac ne alterum quidem, quod in universum statuit in genere dicendi dialectico genetivum praevalere, usu Plotiniano probatur, summas casuum si comparamus, tamen explicantibus nobis et disponentibus summas verum aliquid V. D. sensisse concedendum est; nam succumbit quidem genetivus accusativo, sed ex usu particularum et uniformium et triformium valde acceptum eum scriptori fuisse apparet.

Primum locum *ἐν* obtinet, quod quartam partem omnium sibi vindicat; hoc vero proprium videtur esse aetatis Plotini; iam enim patres Apostolici auctore Mommseno¹⁾ hac praepositione prae ceteris et saepius etiam quam ille, utuntur. Proximum autem locum *εἰς* tenet, ac ne id quidem alienum est ab aetate, qua *εἰς* et *ἐν* dimicasse inter se videntur, donec una cum prorumpente accusativo *εἰς* dativum et *ἐν* devicit. Praeter *ἐν* exiguus est numerus particularum, quae dativum tuentur; *ἀνά*, *μετά*, *ὑπέρ*, *ἀμφί* iam ante hanc aetatem in pedestri oratione dativum spernunt; etiam *περί* dativum fere deposuit; ne id quidem novum; nam ex Platonis libris Ast sex exempla affert, Aristoteles bis

¹⁾ Mommsen I. p. 26.

exhibet, neque non suspiciosus locis¹⁾; Theophrastus²⁾ non agnoscit, apud Polybium³⁾ semel exstat.

ἀμφί semel cum accusativo invenitur in formula *τῶν ἀμφὶ Πυθαγόραν*; semel etiam apud Platonem eadem fere in formula, semel apud Theophrastum, (neque tamen ipsius verba sunt)⁴⁾ Aristoteles⁵⁾ non adhibet; *ἀνά* ipsum quoque una in formula coniunctum cum *λόγος* servatur⁶⁾ *ὥς* non exstat.

Ut de *σύν-μετά* pauca addam, ipsam hanc rem Mommsen tetigit, condicio ea est, ut senis *μετά* cum gen. singula *σύν* respondeant; alia igitur atque ea, quam Mommsen⁷⁾ proponit, qui in septuaginta tribus paginis viginti septem *μετά* c. gen., tria *σύν* invenit. Sed ut erraret, facile fieri potuit, cum non in omnibus operis Plotiniani partibus eadem sit usus ratio prae-positionum; e. g. in enn. III. condicio haec est: *μετά* c. gen.: *σύν* = 4 : 1; enn. VI. = 7 : 1 enn. II. = 15 : 1.

Restat, ut de casibus cum adverbis praepositionalibus coniunctis exponatur; quae quidem seiuncta iterum enarrare superse-
debo; duo inveniuntur casus, genetivus et dativus; dativos sibi sumit

<i>ἐφεξῆς</i>	13
<i>ὁμόν</i>	8
<i>ἅμα</i>	6
<i>ἐνι</i>	3
<i>προσέτι</i>	1

summa 31

ceteris omnibus genetivorum efficitur numerus 482. Accusativus omnino periit; qui quamquam inde ab initio parum virium videtur habuisse, tamen fuit aetas, qua suum locum teneret⁸⁾ Etiam dativus apud Plotinum genetivo multo inferior est (gen. : dat =

¹⁾ Ueber den Sprachgebrauch des Aristoteles. Beobachtungen ueber die Praepositionen von Rudolf Eucken. Berlin 1868. p. 64.

²⁾ Ueber den Sprachgebrauch des Theophrastus von Wilhelm Mueller. Progr. d. Fuerstl. Gymn. zu Arnstadt 1878. p. 20.

³⁾ Krebs. Die Praepositionen. p. 101.

⁴⁾ Müller. p. 9.

⁵⁾ Eucken. p. 36.

⁶⁾ cf. Eucken. p. 30.

⁷⁾ Mommsen I. p. 5.

⁸⁾ cf. Mommsen. II. p. 4. Apud Polybium accusativus particula *ὥς* servatus est. cf. Krebs. Progr. Ratisbon. 1882. p. 8.

15.5 : 1) cum in genere scribendi historicorum Graecorum inferioris aetatis dativum aliquamdiu parem se praebuisse genetivo doceamur;¹⁾ sed hic quoque varium scribendi genus in causa videtur esse, hic quoque Mommseni illud praeceptum probari. Attamen genetivi incrementum initium cepit iam in dictione Xenophontea et ad fastigium quoddam non multo post Polybium ascendit.²⁾

Primum frequentiae locum ἄνευ³⁾ obtinet; exempla exstant centum septendecim; infimum complura adverbia, quae semel inveniuntur.

De causis polyprothesis.

Causas singularis praepositionum usus Plotiniani has afferro.

I. Genus philosophandi Plotini, qui ex uno omnia per gradus sese excipientes deducit, ad unum reducit, ab uno omnia pendere contendit, ad unum tendere, ad unam concurrere harmoniam, ceteraque eius doctrinae propria, quae plurimum efficiunt usum verborum deducendi, reducendi, proveniendi, redeundi, dirigendi, tendendi; ea autem praepositiones desiderant.

II. Augetur illorum verborum et praepositionum usus eo, quod Plotinus ad cogitandi sublimitates explanandas ad sensibilia saepe recurrit.

III. Idem deficienti orationi subveniendi studium efficit, ut una compluribus vel omnibus partibus definiatur condicio, aut coniungendis similibus, aut contrariis opponendis; quot autem modi circumscribendae rei, tot praepositiones vel praepositionum quasi fasciculi adhibentur. Deinde augetur numerus quibusdam particulis prae ceteris adhibitis propter

IV. consuetudinem exempla advocandi et coacervandi; (ἐπί c. gen.)

¹⁾ Die Praepositionsadvorbien in der spaeteren historischen Graecitaet von Fr. Krebs. I. Muenchen 1884. p. 30.

²⁾ cf. Krebs. l. l.

³⁾ De usu particulae ἄνευ apud historicos Graecos recentiores cf. Krebs l. l. p. 47., qui docuit ἄνευ irrumpenti παρῆξ magis magisque cessisse, deinde aetate Byzantinorum plane obrutam esse; in Plotini libris παρῆξ semel exstat, neque vicaria ἄνευ particula sed adverbii πλήν.

V. singulas, quae occurrunt quaestiones difficultatesque per *διὰ τί* inducendi.¹⁾

VI. munere critico fungendi, ut aliorum sententiae laudentur, perstringantur, redarguantur. (*λέγειν πρός* c. acc., al.)

VII. plurimo usu verborum animi quendam actum significantium; agendi, cogitandi de al. re. (*περί* c. gen.)

VIII. plurimo usu particulae *ἐν*, cuius genera non melius significari videntur posse, quam Aristotelis verbis *φυσ. δ* 3. 210. a 14.²⁾ cf. Eucken. l. l. p. 22. Accedit quod ad circumscribendum praedicatum saepe adhibetur.

IX. a. Praepositiones ad vocabula quaedam philosophorum propria formanda saepissime adhibentur. (*τὸ πρός τι, τὸ ἐπί τινι. τὸ διὰ τί.*)

b. cum articulo et casu suo ad nomina generis neutrius circumscribenda e. g. *τὰ πρός — περί — κατὰ ἀνθρώπους, τέχνας.*

c. in formulis quibusdam usque recurrentibus e. g. *παρὰ — κατὰ φύσιν, δύναμιν, ἐνέργειαν.*

X. Varius est praepositionum ad adverbialia formanda usus. Completa autem haec et illustrata in sequentibus invenies.

De repetitione praepositionum.

I. Plotinus praepositionem repetere solet post particulas adverbias.

δέ. VI. 1. 27. 295. 30., *μέν* — *δέ* IV. 6. 3. 117. 13. sq. *οὐδέ.* IV. 3. 25. 38. 22., IV. 4. 10. 56. 24., IV. 4. 44. 99. 6. sq.

¹⁾ in una enn. VI. plus quinquaginta inveniuntur.

²⁾ *μετὰ δὲ ταῦτα ληπτέον ποσαχῶς ἄλλο ἐν ἄλλῳ λέγεται. ἓνα μὲν δὴ τρόπον ὡς ὁ δάκτυλος ἐν τῇ χειρὶ καὶ ὅλως τὸ μέρος ἐν τῷ ὅλῳ. ἄλλον δὲ ὡς τὸ ὅλον ἐν τοῖς μέρεσι . . ἄλλον δὲ τρόπον ὡς ὁ ἄνθρωπος ἐν ζώῳ καὶ ὅλως εἶδος ἐν γένει. ἄλλον δὲ ὡς τὸ γένος ἐν τῷ εἶδει, καὶ ὅλως τὸ μέρος τοῦ εἶδους ἐν τῷ τοῦ εἶδους λόγῳ. ἔτι ὡς ἡ ὑγίεια ἐν θερμοῖς καὶ ψυχροῖς καὶ ὅλως τὸ εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ.* Insignia quaedam exempla ut afferam, continet p. 281^{II} tredecim *ἐν*, p. 154^{II} quattuordecim. p. 234^{II} quindecim. 34^{II} septendecin p. 33^{II} duodeviginti, p. 177^{II} undeviginti.

ἀλλά. IV. 5. 3. 106. 24., VI. 1. 27. 294. 32., VI. 9. 11. 524. 19. καὶ οὐ. VI. 9. 11. 524. 21. ἐν αὐτῇ μόνῃ καὶ οὐκ ἐν τῷ ὄντι. οὐ, eodem sensu. II. 9. 10. 198. 25. πρὸς τοὺς γνωρίμους, οὐ πρὸς αὐτοὺς λέγοντες.

II. in asyndeto. I. 3. 2. 59. 20. ἀναβαίνειν ἐπὶ νοῦν, ἐπὶ τὸ ὄν. I. 6. 7. 93. 23. μὴ ἐν γῆ, μὴ ἐν οὐρανῷ. VI. 9. 3. 512. 10. πρὸ εἶδους ὄν παντός, πρὸ κινήσεως. πρὸ στάσεως.

III. Praepositio repetitur post particulas divisionem efficientes. a. εἴτε — εἴτε. VI. 7. 6. 127. 24. b. μήτε — μήτε. IV. 4. 24. 72. 21. c. οὔτε — οὔτε. IV. 7. 8. (ed. M. 12.) 134. 16.

IV. Post ἢ (— ἢ) praepositio repetitur, ubi duae res oppositae sentiuntur, sin aliter, uni particulae subiunguntur, etiam si vocabula contraria significant. a. VI. 2. 17. 319. 16. sq. III. 4. 2. 261. 19. (aut.) b. IV. 4. 32. 85. 19. ἀλλοίωσις τε πρὸς τὸ χειρὸν ἢ βέλτιον. VI. 3. 25. 359. 8. ἐπὶ δὲ μελανίας ἢ λευκότητος πῶς; (vel').

Eundem quem ἢ sensum oppositio pronominis ἄλλος — ἄλλος efficit. IV. 4. 35. 90. 6. sq. παρὰ γὰρ τούτους ἄλλο καὶ ἄλλο αὐτὸ παρ' ἄλλους.

V. Quod ad particulas copulativas attinet, a. post καὶ saepe repetitur, saepius tamen supprimitur, etiam eis locis, quibus desideratur. V. 5. 4. 211. 18. ἂρ' οὖν αἱ μὲν μονάδες ἄλλως αἱ ἐν πεντάδι καὶ δεκάδι; (int. ἢ ἐν δεκάδι) VI. 3. 7. 335. 5. καὶ ἐνταῦθα τοίνυν τὸ εἶναι ἄλλο τι τὸ ἐπὶ τῆς ὕλης καὶ εἶδους. b. eadem de καὶ — καί (— καί) statuenda sunt: IV. 4. 41. 96. 8. sq. VI. 1. 10. 275. 11. sq. Quid autem inter duo usus genera plerumque intersit, ubi coniuncta exstant, optime cognoscitur. II. 9. 14. 204. 29. sq. τὸ θαρραλέον μετὰ λόγον καὶ μετὰ ἀσφαλείας πολλῆς καὶ εὐλαβείας καὶ πλείστης περιωπῆς ἔχουσιν. VI. 3. 10. 338. 24. καὶ κατὰ τὰς μίξεις φήσομεν ποιεῖν καὶ κατὰ τὰ χρώματα καὶ τὰ σχήματα cf. ib. v. 16. sqq. c. geminatur praepositio post τέ — τέ IV. 3. 14. 27. 3. VI. 7. 30. 461. 11. sq., non geminatur apud τέ — καί (— καί), nimirum cum his particulis artior membrorum conexus significetur. IV. 3. 15. 28. 5., IV. 4. 45. 101. 12., VI. 3. 16. 346. 28. μεμερισμένον εἰς δύο εἴς τε τὸ περὶ ὃ ἐστὶ καὶ ἐν ᾧ ἐστὶν.

d. similis est usus, ubi particula καὶ verba vel enuntiata sibi aliquomodo respondentia coniunguntur. VI. 7. 9. 136. 27. ζῶν παρ' αὐτοῦ καὶ ὄν παρ' αὐτοῦ. VI. 8. 16. 500. 21. sq.

πρὸς αὐτὸν οἶον στηρίζει καὶ οἶον πρὸς αὐτὸν βλέπει; contra I. 6. 7. 93. 8. πρὸς αὐτὸ βλέπει καὶ ἔστι καὶ ζῆ καὶ νοεῖ.

VI. Praepositio per pleonasmum quendam repetitur ad prioris memoriam compluribus interpositis verbis renovandam. II. 9. 1. 186. 7. sq. τὸν δὲ λόγον ὅταν τις ἀπὸ τοῦ νοῦ ποιῆ εἶτα ἀπὸ τούτου γίνεσθαι ἐν ψυχῇ ἄλλον ἀπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου . . VI. 1. 30. 299. 15/18. περὶ δὲ τῶν ὅσοι ἄλλως τὰ ὄντα ἢ τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων ἔθεντο . . χωρὶς περὶ ἐκάστων ἔξεστιν ζητεῖν. VI. 3. 1. 327. 21/23. περὶ δὲ τῶν παθημάτων ὅσα . . περὶ τούτων ἐπισκεπτέον ὕστερον. Genus quoddam pleonasmii in his quoque exemplis latet: I. 6. 4. 89. 1. sq. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν τῆς αἰσθήσεως καλῶν οὐκ ἦν περὶ αὐτῶν λέγειν . . VI. 3. 13. 341. 32. sq. ἀεὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς οὕτω λαμβανομένοις κατὰ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον κοινόν τι ἐπ' αὐτῶν οὐκ ἔστι γένος.

VII. Apud pronomen relativum, sive antecedit demonstrativo, sive sequitur, plerumque geminatur. (a.) II. 1. 2. 121. 6. VI. 8. 1. 479. 9. sq. (b.) VI. 2. 10. 312. 9. sq. VI. 4. 11. 376. 9. sq.; conferas tamen. IV. 4. 32. 84. 8. sq. ὅσον δὲ καὶ ψυχῆς τοῦ παντός μετέχει, κατὰ τοσοῦτον καὶ ταύτη.

VIII. De particulis comparativis ὡς, ὥσπερ, οἶον lex haec est. (a.) si res comparata per particulam addita sequitur, praepositio aut repetitur aut non repetitur. (b.) si antecedit, huic soli praepositio additur, neque alteri comparationis membro, neque utrique.

a. α. IV. 3. 21. 34. 27. ἐν τῷ σώματι εἶναι ὡς ἐν ὀργάνῳ φυσικῷ. VI. 3. 5. 332. 20. τὸ μέτρον ἐν τῇ κινήσει ὑπάρξει ὡς ἐν ὑποκειμένῳ. β. I. 4. 10. 74. 8. διὰ γὰρ τῆς αἰσθήσεως ὥσπερ μέσης. VI. 3. 5. 331. 28. ἐν τῇ ὕλῃ εἶναι ὡς ὑποκειμένῳ. II. 3. 17. 149. 32. ἐξ ὕλης χείρονος οἶον ὑποστάθμης.

b. IV. 3. 20. 32. 26. ὡς ἐν τόπῳ εἶναι τῷ σώματι.¹⁾ ib. 33. 10.

¹⁾ M. ad hunc locum annotat in cod. Monac. C. legi φατέον εἶναι ὡς ἐν τόπῳ τῷ σώματι; fretus igitur auctoritate cod. Med. A videtur ἐν ante τῷ in ed. recepisse; deinde p. 33. 10 (Vo.) ἐν suo Marte inseruit, p. 33. 13. non inseruit. Contra Vo. praef.^{II} XVIII. priore loco eum sine ulla codd. auctoritate ἐν τῷ σώματι scripsisse contendit; Accedit ad difficultatem diiudicandi de hoc loco, quod, quamquam grammatici omitti in eiusmodi enuntiationibus alteram praepositionem docent, (cf. Cobet variae lectiones p. 163. sqq. et 532. ed. alt.) plura exempla, quam quae omnia corrupta esse nobis persuaderi

ὡς ἐν τόπῳ τῷ σώματι. ib. 13. ὡς ἐν ὑποκειμένῳ ἔσται τῷ σώματι. Ubi vero comparatio latius patet magisque distincta est, e. g. ubi relativae particulae comparativae demonstrativa respondet, ibi praepositionem geminari vix est, quod moneam.

IX. Similis est usus, sed ad appositionem vergens, quod particula οἶον non id inducitur, quocum alterum comparatur, sed quo explicatur, quod alterius rei quasi ex ambitu sumitur; qui usus medium tenet locum inter appositionem partitivam et epegeticam¹⁾ a. II. 3. 14. 145. 22. εἰ δ' ἐκ πόρων οἶον ἐκ γεωργίας . . (sc. divitias sibi comparaverit.) IV. 3. 21. 34. 21. sq. ἡ τέχνη ἐν τοῖς ὀργάνοις οἶον ἐν τῷ οἴακι. b. II. 1. 2. 121. 12. διὰ θάτερον τῶν ἐνότων οἶον ψυχὴν ἢ σῶμα. IV. 2. 2. 8. 4. ἐκ πολλῶν αἰσθήσεων οἶον ὧτων καὶ ὀμμάτων. IV. 3. 2. 11. 22. sq. ἐπὶ δὲ τοῦ συνεχοῦς . . οἶον κύκλον ἢ τετραγώνου. VI. 7. 11. 440. 3. sq. ἐπὶ τῶν ὑγρῶν τῶν ἐν ἡμῖν οἶον αἵματος.

X. Genuina partitiva appositio iterata praepositione exstat VI. 2. 21. 323. 14. ἑτερότης δὲ [sc. ποιεῖ] ἀνισότητα ἐν ποσῶ, ἐν τε μεγέθει. Vulgarem, quod ad appositionem, usum exhibent: a. I. 2. 2. 52. 11. ἐν ἴλῃ τῇ ψυχῇ ὁμοίονται τῷ ἐκεῖ μέτρῳ; cf. III. 7. 8. 320. 18., contra. b. II. 1. 3. 122. 12. ἐν καλῷ τόπῳ κινεῖσθαι ἐν τῇ ψυχῇ. II. 1. 8. 128. 20. sq. τοῦτου δὲ μείναντος ἄνω τοῦ τοιούτου φωτὸς ἐν ᾧ τέτακται καθαροῦ ἐν καθαρωτάτῳ; solvenda enim sunt ἐν ᾧ in ἐν τούτῳ ἐν ᾧ.

De commutatione casuum et praepositionum.

A. Raro fit, ut in eadem sententia vel in respondentibus inter se eadem praepositio varios casus sibi iungat, et ubi fit, non tam negligentia scribendi neque varietatis studium, quam cogitandi ipsa ratio videtur in causa fuisse II. 9. 2. 186. 19. sq. ψυχῆς δὲ ἡμῶν τὸ μὲν αἰεὶ πρὸς ἐκείνοις, τὸ δὲ πρὸς ταῦτα ἔχειν; illic enim ratio versandi (sc. inter intellegibilia), hic tendendi (ad sensibilia) plus valebat. VI. 6. 9. 408. 25. sq. καὶ γὰρ τῷ

possit, Stallbaum affert ad Plat. Phaed. 67. D. cf. nov. commentatt. sc. M. Schanz. Wirzeburgi 1871. p. 129. Krebs. Die Praepositionen . . . p. 11. Quae cum ita sint, tamen, ut ad Plotinum redeamus, equidem Volkmanno ita adstipulor, ut — etiamsi M. p. 32. 26. in cod. Med. *A* ἐν legerit — codicibus, ubi consentiunt, fidem habendam esse censeam, ubi dissentiunt, emendandum.

¹⁾ quam Krebs ita nominat. cf. Die Praepositionen . . p. 12.

ὄντι τὸ ἐν ἀρχῇ καὶ ἐπὶ τούτου ἐστὶν ὄν . . ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ ὄντι τὸ ἐν.

B. Exstat illa mutatio casuum etiam cum diversis praepositionibus iunctorum, quamquam retinendis eisdem casibus condicio eadem manet.

II. 3. 3. 135. 15. οὐ γὰρ δὴ οὐδ' ἐν αὐτῷ τῷ ζῳδίῳ γίνεταί ἀλλ' ὑπ' αὐτὸ πλεῖστον ἀπέχον. III. 9. 2. 348. 11. sq. διὸ οὐκ ἐν τῷ σώματι οὐδ' ὁ Πλάτων φησὶ πού ἀλλὰ τὸ σῶμα εἰς αὐτήν; antecessit autem: ἡ πᾶσα ψυχὴ οὐδαμοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἦλθεν. VI. 2. 7. 307. 15. sq. κινήσεις δὲ οὔτε ὑπὸ τὸ ὄν τακτέα, οὔτ' ἐπὶ τῷ ὄντι VI. 3. 16. 346. 5. sq. τὰ μὲν ὡδὶ ἐν τῷδε τῷ ποιῷ τακτέον τὰς δὲ . . πρὸς τὸ νοητὸν ἐκεῖ τακτέον; aliter autem explicanda videntur esse: I. 4. 7. 71. 11. sq. ἀλλ' εἰ μὴ ταφείη πάντως πού, καὶ ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν τεθρὲν τὸ σῶμα [ἄν] ταφείη. VI. 3. 24. 357. 19. οἷον τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς καὶ ὑπὸ πόδας ῥίπτειν. Prae ceteris ἐν — ἐπὶ sese excipiunt: VI. 3. 6. 333. 21. ἐπὶ γὰρ τοῦ λευκὸν Σωκράτης ἐμπεριειλήπται ὁ Σωκράτης τῷ λευκῷ, ἐν δὲ τῷ Σωκράτης λευκὸς καταραῶς συμβεβηκὸς τὸ λευκόν. cf. VI. 4. 1. 363. 7. sq. VI. 5. 6. 389. 5. sq.

C. Variatio haud raro ea exstat, ut cognatam cognata praepositio excipiat neque casu mutato neque cogitandi ratione.

πρὸς — εἰς. III. 9. 2. 348. 17. sq. φωτίζεται μὲν οὖν ἡ μερικὴ (sc. ψυχὴ) πρὸς τὸ πρὸ αὐτῆς φερομένη. ὄντι γὰρ ἐντυγχάνει . . . εἰς δὲ τὸ μετ' αὐτήν εἰς τὸ μὴ ὄν. τοῦτο δὲ ποιεῖ, ὅταν πρὸς αὐτήν. V. 5. 8. 215. 23. sq. εἰς οὐδὲν ἄλλο ἢ πρὸς τὸ καλὸν βλέπον. cf. V. 1 6. 169. 9. sq. VI. 6. 7. 406. 9.

πρὸς — κατά. V. 6. 2. 223. 30. ὁ πρὸς μὲν τὸν νοῦν νοητὸν ἔσται, καθ' ἑαυτὸ δὲ οὔτε νοοῦν οὔτε νοητὸν ἔσται. VI. 9. 11. 523. 19. διαφορὰν ἐν ἑαυτῷ οὐδεμίαν πρὸς ἑαυτὸν ἔχων οὔτε κατὰ ἄλλα. εἰς — ἐπὶ. III. 2. 17. 248. 27. τὸν δὲ ἤγαγεν εἰς μείζους τιμὰς καὶ, εἰ ἔχοι, ἐπὶ τὰ καλλίω δράματα. IV. 5. 7. 111. 26. sq. τὸ μὲν ἐπὶ πλέον, τὸ δὲ εἰς ἔλαττον. V. 3. 9. 190. 13. sq. κατά — εἰς. VI. 4. 7. 370. 12. καθ' ὅσον ἐφάπτεται εἰς τοσοῦτον περιγραφομένης. ἀπό — ἐκ. IV. 3. 39. 94. 12. sq. καὶ ἀπ' ἄλλου ἄλλο γινώσκουτ' ἄν, καὶ ἀπὸ αἰτιατοῦ δὲ τὸ αἷτιον καὶ τὸ ἐπόμενον δὲ ἐκ τοῦ προηγησαμένου καὶ τὸ σύνθετον ἀπὸ θατέρου.

De cumulatione praepositionum.

Proprium est Plotini, id quod ad polyprothesin aliquantum confert, non geminatio sed multiplicatio et cumulatio praepositionum et earundem et diversarum; atque exempla huius usus, quae melius, quam verba rem declarabunt, elegi singularia; *πρός* ita repetitum invenimus. II. 3. 5. 137. 17. sq. *θερμαίνονται ἂν εἰ ἀφώτιστος πρὸς ἡμᾶς ἢ σελήνη εἶη. πρὸς δὲ τὸν ἕτερον ἀγαθὴ οὕσα ἐν τῷ ἀφώτιστῳ πλήρης ἐστὶ πρὸς αὐτόν. τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς τῆς σελήνης ἀφώτιστόν ἐστι πρὸς τὰ ἐπὶ γῆς . . πρὸς δὲ τὸν Πυρώδη ἀφώτιστος οὕσα πρὸς ἡμᾶς ἔδοξεν εἶναι ἀγαθὴ.* Notiones autem *πλήρης*, *ἀγαθός*, *ἀφώτιστος* ad veram earum relationem indagandam huc illuc vertuntur, referuntur; *πρός* vero, quoniam ad illam condicionem significandam inductum est, necessario usque repetitur. III. 3. 6. 259. 12. sqq. *ἔστι δὲ τοιοῦτον ἢ ἀναλογία ὥστε καὶ τὸ χειρὸν πρὸς τὸ χειρὸν, ὡς τὸ βέλτιον πρὸς τὸ βέλτιον, οἶον ὡς ὄμμα πρὸς ὄμμα καὶ πούς πρὸς πόδα, θάτερον πρὸς θάτερον καὶ εἰ βούλει ὡς ἀρετὴ πρὸς δικαιοσύνην καὶ κακία πρὸς ἀδικίαν;* en habemus exemplorum collationem ad unam rem illustrandam; cf. V. 5. 4. 211. 20. sqq., VI. 1. 6. 269. 10. sqq., *παρά* II. 1. 5. 124. 1. sqq. *τὰ μὲν παρὰ θεοῦ γηγένηται, τὰ δὲ ἐνταῦθα ζῶα παρὰ τῶν γενομένων παρ' αὐτοῦ θεῶν. γεγόμενα δὲ παρ' ἐκείνον οὐ θεμιτὸν φθίρεθαι.* II. 9. 6. 191. 29. sq. *οὐδ' . . . τὰ αὐτῶν ἐν συστάσει παρὰ τοῖς ἀκούουσι ποιεῖν, ἀλλ' αὐτὸ παρ' αὐτῶν δεικνύναι ὀρθῶς ἔχοντα, ὅσα ἴδια αὐτοῖς ἔδοξε παρὰ τὴν ἐκείνων δόξαν λέγειν;* habemus autem *παρά* cum tribus deinceps casibus coniunctum, neque id Plotinus vitavit, sed, quod in animo habebat, dummodo sententiae satisfaceret, parum anxius elegantiae videtur tenuisse. *ὑπό*: VI. 2. 18. 320. 14. sqq. *ὥστε καὶ αὐτὴ ὑπὸ τὴν κίνησιν, εἰ δὲ βούλει, ὑπὸ τὴν στάσιν ἢ καὶ ὑπ' ἄμφω. εἰ δὲ ὑπ' ἄμφω . . . κατὰ* saepe repetitum invenies VI. 3. 10. in.

Quod ad diversarum praepositionum coniunctionem attinet, Plotinus libentissime nectit aut similes quodammodo ad unam condicionem compluribus e partibus circumscribendam¹⁾ aut oppositas, sive ut alterum negatione alterius distinctius significet, sive ut eiusdem

¹⁾ Similem dicendi usum in scriptis St. Pauli Winer observavit. cf. *Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms*. Leipzig 1844. 5. p. 496. sq.

rei vel actus oppositos fines indicet, quo efficacior evadat sententia.
 a. II. 9. 1. 185. 7. sq. *κίνησις δὲ πρὸς αὐτὸν καὶ περὶ αὐτὸν ψυχῆς ἤδη ἔργον καὶ λόγος ἀπ' αὐτοῦ εἰς ψυχὴν.* V. 9. 5. 252. 21. *πᾶν τε εἶδος ἐν ἄλλῳ παρ' ἄλλου εἰς ἄλλον.* IV. 4. 13. 59. 28. sq. *οἷον εἰ ἐν κηρῷ βαθεῖ δικνοῖτο εἰς ἔσχατον ἐπὶ θάτερα ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τύπος.* b. plura etiam inveniuntur:

III. 3. 5. 258. 1. sqq. *καὶ παρὰ μὲν τοῦ ἀκολάστου τὸ πραχθὲν οὔτε ὑπὸ προνοίας οὔτε κατὰ πρόνοιαν, τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ σώφρονος ἔργον οἶχ ὑπὸ προνοίας μὲν, ὅτι ὑπ' αὐτοῦ, κατὰ πρόνοιαν δέ.* III. 7. 6. 315. 32. sqq. [*ἐπειδὴ δὲ ἡ τοιαύτη φύσις οὕτω παγκάλη καὶ αἰδῖος*] *περὶ τὸ ἐν καὶ ἀπ' ἐκείνου καὶ πρὸς ἐκεῖνο, οὐδὲν ἐκβαίνουσα ἀπ' αὐτοῦ, μένουσα δὲ αἰετὸν περὶ ἐκεῖνο καὶ ἐν ἐκείνῳ καὶ ζῶσα κατ' ἐκεῖνο.* VI. 6. 18. 422. 28. sqq. *οἶδε γὰρ καὶ ὅτου χάριν ζῆ καὶ πρὸς ὃ ζῆ, ἀφ' οὗ καὶ ζῆ. ἐξ οὗ γὰρ καὶ εἰς ὃ ζῆ.* VI. 1. 19. 285. 16. sqq. *ἢ τὰς μὲν παρ' αὐτῶν, τὰς δὲ ὑπ' ἄλλων εἰς αὐτά, ἢ τὰς μὲν ἐξ αὐτῶν, τὰς δὲ ἐξ ἄλλων, καὶ τὰς μὲν ἐξ αὐτῶν ποιήσεις εἴτε εἰς ἄλλα εἴτε ἀπολελυμένας. τὰς δὲ ἐξ ἄλλων πείσεις. καίτοι καὶ αἰ εἰς ἄλλα κινήσεις αἰ αὐταὶ ταῖς ἐξ ἄλλων.*

Singularis profecto atque insolens ille usus praepositionum. Neque tamen Plotinus, si quid video, qua erat indole, eius sibi conscius fuit; immo, quin eas cumulare, facere non potuit; nihil enim curavit orationis elegantiam, nihil ornatum, nihil iucundam varietatem; id unum egit, ut quam maxime accurata, expressa evaderet; huic vero studio quid subvenire potuit efficacius, quam usus praepositionum, quarum proprium est, condiciones sensibiles, concretas reddere, distinguere. illustrare? Neque tamen Plotini erat sublimitates cogitandi gr̄sque, ut ita dicam, philosophandi verborum expedire ambagibus, quam poterat paucissimis verbis, quae sentiret, presse reddebat; hinc verba saepe retinuit, prae-positionum quasi vicario munere usus est, geminavit, multiplicavit; et re vera illarum usu sententia plerumque multo magis concisa, concreta efficitur. Quamquam negari non potest ex altera parte ista eius consuetudine sententias nonnunquam obscurari difficultatesque legentibus parari, ex altera Plotinum interdum nimis esse accuratum et verbosum. Sed haec hactenus; iam dicendum est

De praepositionum cum adverbii conjunctione.¹⁾

Praepositionibus adverbia, quorum maior pars praepositionalem naturam induere potest, ita iunguntur, ut aut antecedant aut sequantur. Operis autem pretium non est nisi de iis dicere, aut quae synonyma sunt, ut altera particula praenuntiet, altera repetat alteram, augeantque se invicem, aut quae sive significatione sive forma quodammodo inter se conciliantur. Atque si antecedunt adverbia, utraque pars sui iuris manet, et casus is additur, quem praepositio desiderat; si sequuntur, fieri potest, ut cum praepositione in unum novum adverbium casuale concrecant et genetivum assumant. Iam habes exempla.

ἐνι — ἐν. (a.) V. 9. 3. 250. 22. ἐνι τι ἐν αὐτῇ. VI. 2. 13. 316. 15. VI. 7. 3. 428. 20. (b.) VI. 4. 39. 93. 30. οὐ γὰρ ἐν σπερματικοῖς λόγοις ἐνι τι τῶν γινομένων. VI. 6. 13. 415. 3. VI. 6.17. 421. 7. Neque enim dubitari debet, quin ἐνι ab ἐνεστι, ex quo correptum falso putatur, alienum sit. ὁμοῦ — μετὰ. (a) V. 6. 3. 224. 17. sq. εἰ δὲ ὁμοῦ εἴη μετὰ τῶν ἄλλων. V. 8. 11. 244. 30., VI. 5. 7. 389. 30. (b.) II. 1. 6. 125. 25. μετὰ δὲ τῶν ἄλλων ὁμοῦ. VI. 2. 2. 301. 22. ἅμα — μετὰ. VI. 2. 13. 316. 1. ἅμα μετὰ τοῦ ὄντος. ἔνδον — ἐν. V. 3. 2. 179. 23. ἔνδον ἐν τῷ σώματι; εἴσω — ἐν. IV. 3. 1. 10. 5. εἴσω τε γεγόμενος ἐν αὐτῷ. εἴσω — εἰς. V. 3. 13. 196. 28. εἴσω εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει. εἴσω — πρὸς, I. 2. 6. 56. 22. ἡ εἴσω πρὸς νοῦν στροφῆ.²⁾ ἔξω — εἰς. II. 3. 13. 143. 31. ἔξωθούμενα ἔξω εἰς τὸ ποιεῖν. ἐκ — ἔξω V. 3. 17. 201. 13. ἐκ πάντων ἔξω. ἔως — εἰς. IV. 4. 1. 48. 8., V. 5. 9. 216. 18. VI. 3. 1. 327. 3. πρότερον — πρό. VI. 7. 8. 434. 20. sq. πρότερον εἶναι τὸν μὴ γεγόμενον ἵππον πρὸ τοῦ μετὰ ταῦτα ἐσόμενον. ἄνω — ὑπέρ. VI. 8. 1. 478. 14. ἄνω ὑπὲρ πάντα. πόρρω — ἀπό. II. 3. 5. 136. 29. πόρρω γεγόμενον ἀφ' ἡμῶν. ἐξῆς — ἀπό. VI. 7. 9. 436. 10. ἐξῆς δ' ἀπὸ τούτων. πλησίον — μετὰ. VI. 9. 5. 514. 30.

¹⁾ cf. Krebs. Die Praepositionen bei Polybius p. 16. sqq. Die Praepositionsadverbien. I. p. 38. sqq.

²⁾ Πρὸς relativum, si ita dicimus, saepius particula ὡς confortatur. III. 3. 4. 255. 23. ἀμυδροῦ ὡς πρὸς τὸν πρὸ αὐτοῦ τοῦ λόγου. IV. 4. 8. 54. 22., IV. 7. 1. 120. 27., IV. 7. 8. (M. 13.) 134. 21., V. 8. 8. 240. 31. τί τῶν ἐναργεστέρων ὡς πρὸς ἡμᾶς. V. 9. 2. 249. 26., III. 6. 15. 303. 28. ἀσθενεσττέρα γὰρ ἐστὶν ὡς πρὸς δύναμιν.

τῷ πλησίον μετὰ τὸ ἐν εἶναι. His adiungere liceat *εὐθύς—μετά.* IV. 4. 16. 62. 17. sq. *κύκλος προσαρμότιων κέντρῳ εὐθύς μετὰ κέντρον ἀύξηθεις. εὐθύς—πρός.* VI. 7. 17. 447. 15. *εὐθύς γὰρ πρὸς ἐν τι ἰδοῦσα.*

Compositione haec nova adverbia casualia existunt.¹⁾ *προσ-ετι* c. dat. II. 1. 7. 128. 19. *ὑπεράνω* c. gen. I. 1. 8. 45. 10., II. 3. 5. 137. 6., III. 4. 5. 264. 31., IV. 3. 12. 24. 19., V. 3. 4. 182. 15. *ἐπάνω.* IV. 3. 23. 36. 13. et 15. *ἐπίπροσθεν.* IV. 5. 7. 112. 9. *ἔμπροσθεν.* IV. 5. 1. 102. 21.

Deinde fit, ut casuum instar adverbia praepositionibus iungantur; meminerimus enim etiam articulum his in formulis addi. *εἰς—ὀπισθεν.* III. 8. 9. 342. 28. *ἐαυτὸν ἀφέντα τοῖς εἰς ὀπισθεν αὐτοῦ.* *εἰς αἰεί.* I. 5. 2. 80. 20, II. 3. 16. 148. 15. al. *εἰσαῦθις.* I. 3. 6. 62. 1., *ἐκπάλαι* VI. 4. 14. 380. 8., *ἕως ἄνω* III. 4. 3. 263. 8., *μέχρι ἐκεῖ* IV. 5. 7. 111. 17.

Ex praepositione et casu in unum concreverunt: *κατόπιν.* IV. 5. 3. 106. 21., *καταντικρὺ* IV. 5. 3. 106. 20. *ἐπιπολῆς* II. 6. 3. 176. 14. *τὸ ἐπιπολῆς φανέν αὐτῷ.* III. 6. 19. 309. 16. *βουλομένοις ἀκριβέστερον λαβεῖν καὶ μὴ ἐπιπολῆς ζητοῦσιν.*

Compositum duabus ex praepositionibus exstat *παρῆξ* IV. 2. 2. 7. 31.

De forma praepositionum

pauca habeo, quae moneam. Pro adverbio Plotinus particulae *παρά* correpta forma *πάρ* utitur. I. 4. 7. 71. 15. *πάρ τοί ἐστιν ὁδὸς ἐξιέναι* int. patet via, licet exire; non aliter ac si scriptum esset *πάρεστιν*; simile aliquid habemus *ἐνι—ἐν*: sed hic adverbium integram formam servavit. Tertium accedit *ἐς* pro *εἰς*, quod bis inveni. VI. 8. 17. 502. 8., et in formula *ἐσύστερον* III. 2. 9. 237. 32. Pro vulgari *ἐνεκα* bis *ἐνεκεν* exstat III. 8. 1. 332. 10. VI. 1. 27. 294. 20. *παρῆξ* est oxytonon; historici recentiores paroxytono utuntur.²⁾

¹⁾ cf. Krebs. II. p. 35. ann. 1.

²⁾ cf. Krebs Die Präpositionsadverbien . . . I. p. 47 et II. (München 1885.) Nachträge. Codicibus autem quamquam edd. consentiunt non ita magnam fidem esse habendam, tamen in hisce minutis rebus, quae ad sensum nihil attinent, certis destituti argumentis, non est cur diffidamus.

Hiatum Plotinus nihil curat; quod ad praepositiones, terminantem vocalem, modo supprimit ante vocalem modo non supprimit, ne ante asperum quidem spiritum: IV. 2. 1. 4. 28. *κατὰ ὄλα*. VI. 3. 5. 332. 25. *κατὰ ἐν*; III. 1. 5. 221. 29. *ἐπὶ ἐκάστων*. IV. 4. 23. 71. 27. *ἐπὶ ἀφῆς*. III. 3. 5. 257. 9. *παρὰ ὄτουον*. V. 9. 14. 259. 26. *παρὰ ὕλης*. II. 3. 9. 141. 3. *ἀπὸ ἔξω*. VI. 2. 8. 308. 21. *μετὰ ὕλης*. VI. 3. 16. 345. 29., III. 2. 4. 230. 18. *ὑπὸ ὕδατος*. IV. 3. 14. 27. 15. *ὑπὸ Ἡρακλέους*. V. 8. 11. 245. 12. *ἀντὶ ὀρῶντος*.

De collocatione praepositionum.

Quod ad collocationem sive ante casum sive post eum, attinet discernendum est inter ipsas praepositiones et adverbialia; illae enim vulgo praeponuntur, haec, ut adverbialiam naturam omnino magis servarunt, ita maiorem collocationis libertatem. Atque unum *περὶ* quinque non antecedit casui. II. 3. 14. 145. 32. *ἀρχῆς δὲ περὶ*. III. 4. 5. 264. 24. *ψυχῆς περὶ εἰπεῖν*. IV. 4. 30. 81. 2. *τούτων τε περὶ παραπεπτωκότων ζητητέον*; duo si adduntur nomina, *περὶ* medium locum tenet. I. 2. 1. 50. 16. *ἀρχῆς περὶ καὶ τοῦ ἄρχεσθαι*. IV. 4. 26. 74. 29. *ὄσμων περὶ καὶ τῶν γευστῶν*. Ex numero adverbialium ἔξω insigne est; nam inter octoginta quinque, quae exstant ἔξω, viginti duo, quarta pars omnium, postposita sunt. I. 2. 2. 52. 10., II. 4. 15. 164. 15. al. haec quoque particula interponitur, sed non semper; cf. V. 3. 16. 200. 5. *πλήθους ἔξω καὶ ἀπλότητος* ib. 4. 1. 203. 1. *συμβάσεως ἔξω πάσης καὶ συνθέσεως* sed I. 2. 2. 52. 10. *τῶν ἀμέτρων καὶ ἀορίστων ἔξω εἶναι*; e viginti quattuor *ἑνεκα* septendecim postposita sunt; quattuor *ἄνευ* e centum septendecim, II. 1. 6. 126. 9., III. 5. 1. 269. 17., IV. 4. 42. 96. 22., IV. 5. 4. 106. 29. duo inter undeseptuaginta *ἐπέκεινα* IV. 7. 12. 140. 5., V. 9. 2. 249. 24., duo inter tredecim *χωρὶς* V. 3. 5. 184. 16., VI. 4. 7. 371. 18., unum inter tredecim *ἐφεξῆς*. II. 7. 1. 178. 23. *γραμμῆ γραμμῆ ἐφεξῆς ἄν κέοιτο*; unum inter tria *ἐν*. VI. 7. 28. 459. 3. *καὶ τῆ ὕλη δὲ εἶδος ἐν τὸ ἀγαθόν*; denique *ἐπίπροσθεν*. IV. 5. 7. 112. 9. *δύντος δὲ ἐπίπροσθεν ἐστι τὸ ἄλλο σῶμα*.¹⁾

¹⁾ Quamquam si quis *δύντος* pro genetivo absoluto, qui dicitur et *ἐπίπροσθεν* pro integro adverbio accipit, eius sententia prorsus refelli non potest, tamen ne illa quidem improbanda.

Iam restat, ut de hyperbato exponam; atque hac quoque in re inter usum praepositionum et praepositionalium adverbiorum aliquid interest; illae enim ad casus pressius se acclinantes plerumque non intermittunt nisi ea vócabula, quae ipsa primum in enuntiato locum non obtinent; interponuntur autem I. *τέ* VI. 1. 27. 294. 29. al. *μέν*. VI. 7. 8. 435. 2. *δέ*. V. 1. 8. 171. 20. *γάρ* III. 7. 9. 324. 4., *δή*. VI. 2. 1. 300. 27. *ἄρα*. VI. 7. 2. 428. 7. *γάρ*. III. 8. 11. 346. 12., VI. 9. 6. 517. 6. *οὖν*. III. 5. 3. 271. 19. III. 5. 9. 278. 31. *τοίνυν*. I. 3. 1. 58. 29.

II. etiam coniuncta illa inter se vel cum aliis vocabulis. *μέν* *δή*. I. 2. 5. 54. 30., IV. 3. 2. 11. 9., VI. 2. 19. 321. 11., *μέν γάρ* II. 1. 6. 125. 1., VI. 6. 13. 415. 3., VI. 8. 10. 491. 26., *μέν οὖν*. V. 5. 5. 211. 27., VI. 2. 8. 308. 30. *δὲ αὖ*. IV. 2. 1. 5. 22., VI. 7. 17. 447. 26. *γάρ αὖ*. II. 9. 7. 192. 27. Neque quicquam insolitum haec exempla continent: V. 3. 17. 201. 32. *ἐν δὲ πάντῃ ἀπλῶ*. VI. 8. 14. 497. 26. *σὺν αὐτῶν τῇ οὐσίᾳ*.

Eadem autem vocabula adverbialia a casu seiungunt; sed alia quoque eaque plura, ut conexus cum casu minus astrictus fiat atque praepositionalis natura recedere videatur.

Interponuntur autem *αὖ*. VI. 5. 4. 388. 1. *ὁμοῦ αὖ αὐτῶ*; *ἄν*. VI. 8. 2. 480. 8. *ἔξω ἄν τούτου γένοιτο; καί*. V. 3. 9. 191. 5. *μέχρι καὶ ὧν; ὥσπερ*. III. 5. 2. 270. 31. *μεταξὺ ὥσπερ ποθοῦντος καὶ ποθουμένου. γάρ ἄν καί* VI. 4. 2. 364. 25. *ἔξω γάρ ἄν καὶ τοῦ παντός ἐγίνετο*; etiam verba inseruntur: VI. 7. 40. 474. 25. *ἐπέκεινα ἤξει οὐσίας*. VI. 8. 16. 500. 29. *πρὸς τὸ ἔξω νεύσειεν αὐτοῦ*. V. 8. 11. 245. 1. *ἐφεξῆς ἐστὶν αὐτῶ*; deinde II. 9. 3. 187. 14. *ἐφεξῆς εἶναι πάντα ἀλλήλοις*. I. 6. 6. 92. 2. *χωρὶς εἶναι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος*. III. 6. 17. 306. 5. *μεταξὺ θεωρουμένων ἐκείνων καὶ αὐτῆς τῆς ὅλης καὶ τοῦ εἴδους*. III. 7. 2. 311. 25. *ἔξω πάλιν αὖ τὰ ἄλλα γένη τοῦ αἰῶνος ποιήσομεν*. VI. 6. 10. 410. 19. *ἅμα μὲν εἶναι οὐδὲν ἦτον ἐκείνη*.

Simili modo casus ab adverbiali postposito seiunguntur; de *περί* v. s., III. 2. 1. 227. 8. *τίνος γάρ ἄν ἔνεκα*. II. 7. 1. 178. 3. *τοῦ διέναι τοὺς ἰδρωτάς ἔνεκα*. III. 2. 16. 246. 2. sq. *τοῦ οἶαν δεῖ καὶ τὴν ἠντινοῦν ζωὴν ἠγεῖσθαι ἔνεκα*. VI. 9. 7. 518. 23. *οὐδενὸς [οὖν θεός] φησὶν ἐστὶν ἔξω*. VI. 4. 14. 380. 20. *ἤμεν γὰρ τοῦ παντός οὐκ ἔξω*.

Pars altera.

De praepositionibus, quamquam viri docti non omnibus partibus consentiunt — sententiarum de casuum natura ac vi discrepantia aliquantum confert — hoc certum est.¹⁾

Tres statuendi sunt, si originis ratio habetur, usus praepositionalis gradus. Primus, quo particulae adverbialem naturam — sunt enim adverbia localia — integram servarunt; secundus, quo verbis magis magisque se acclinarunt, ut cum iis paulatim concreverent; hoc autem in gradu adverbialis usus ad praepositionalem transitus optime cognoscitur; tertius, quo ad casus se applicarunt. Atque earum nativa vis adeo oblivione obruta fere est, ut in compendiaro dicendi genere — exempla non derunt — verbo, a quo pendentem casum sublevant, aut ex longe antecedentibus subaudiendo aut omisso vicario quodam verbi munere videantur fungi. Tres igitur per gradus etiam particulae *πρός* usum persequentibus nobis ascendendum est.

Πρός.

I. De usu adverbiali particulae.

Usus adverbialis etiam in Plotini dictione fere evanuit; unum exemplum exstat III. 5. 4. 272. 22. *πρὸς δέ*; servatus autem est in formula satis vulgari *προσέτι* III. 6. 11. 296. 17., IV. 7. 5. 125. 28. VI. 1. 2. 264. 18. al; sed haec quoque praepositionali natura induta dativum sibi iungit II. 1. 7. 128. 19. *προσέτι δὲ τούτοις*.

II. De particula *πρός* cum verbis copulata.

Hoc in gradu, cum adverbialem naturam et praepositionalem coniunctas contineat, distinguendum est ac quaerendum, quod ad

¹⁾ De praepositionum natura ac vi nuper disseruit G. Vogrinz. Zur Lehre von den Praepositionen. Berliner Philolog. Wochenschrift V. 1885. No. 8., conferendi eiusdem libelli: Zur Kasustheorie J. B. d. K. K. Obergymnas. z. Leitmeritz 1882; et, quamquam ad nostrum propositum minus attinent: J. B. Leitmeritz 1883 et 84; Zeitschrift f. Voelkerpsychologie XV. 2., in quibus virorum doctorum de hisce rebus sententias et scripta notata invenis.

alteram partem attinet, quomodo notio verbi particula determinetur; non enim relationem verbi vel nominis ad nomen semper indicat, sed ad ipsam notionem verbi de suo aliquid confert;¹⁾ deinde, quod ad usum praepositionalem, quomodo particula vim suam exerceat, quem sibi casum iungat; utrum praefixa verbo et cum eo concreta ad casum suum accersendum satis virium habeat, an eandem vel similem praepositionem ante casum addendam requirat; quid tandem inter varia usus genera intersit differentiae.

A. (De adverbiali vi particulae.)

Atque priorem partem, cum usus ab usu vulgari non discedat, neque in universum de particula *πρός* disserere propositum sit, paucis expediam, eoque consilio, ut quid de hac re mihi constet, aperiā.

Notio particulae eadem est, quae aut cum dativo iunctae, et localis, quae proprie ita dicitur, et additiva, aut cum accusativo.

Ad primigenam notionem, cognatam quodammodo cum *πρό* proxime accedunt: *προσεῖναι*. IV. 4. 23. 70. 18. *τὴν προσοῦσαν τοῖς σώμασι ποιότητα; προσφυής*. IV. 7. 8. (M. 13) 134. 29. *προσεχής* V. 4. 2. 204. 6., *προσέχειν* VI. 4. 13. 378. 29. *ἄσθησις ἢ προσέχοντες ἀπιστοῦμεν*.

Hinc a notione, prope⁴ facilis est transitus ad additivam, et sunt, quae utrobique collocare possis. *προσκεῖσθαι*. II. 4. 13. 163. 4. *οὐ πρόκειται ἢ ιδιότης ἀλλὰ μᾶλλον ἐν σχέσει τῇ πρὸς ἄλληλα. προσεῖναι*. III. 2. 17. 249. 2. *πρόσεστι δέ τι τοῖς ὑποκριταῖς* i. e. praeter id, quod ceteris, histrionibus singulare aliquid contigit; *προσγίνεσθαι* III. 7. 4. 314. 24. *προσλαμβάνειν* VI. 1. 22. 289. 18., *προσδεῖσθαι* IV. 3. 4. 14. 17., *προσχερῆσθαι* V. 3. 3. 181. 16., *προσαίτησις* III. 6. 14. 302. 1., *προσκατηγορεῖν* VI. 1. 14. 281. 16., *προσνοεῖν* VI. 6. 17. 421. 7.; *προσνέμειν* VI. 3. 16. 345. 22., *προσποιεῖν* VI. 1. 21. 288. 18. *ἢ ὄρεξις κινεῖται ἀπὸ τοῦ ὄρεκτοῦ, εἰ μὴ τις μὴ προσποιῶ τὸ ἀφ' οὗ κενεῖται*; VI. 6. 18. 423. 14. *τὴν κάτω φύσιν γελάσει τῆς εἰς οὐσίαν προσποιήσεως*. Fic. quod sibi essentiam communi iudicio vindicet; malim: quod (quasi pars esset,) essentiae additur, inter essentiam recipitur; novum huius generis Plotinus

¹⁾ cf. Die Lehre von den Redetheilen nach den Alten dargestellt und beurtheilt von G. F. Schoemann. Berlin 1862. p. 138.

vocabulum finxit *προσανακαθαίρω*. VI. 7. 29. 460. 14. *καὶ τοὐτὶ καταφανὲς ἔσται τὰ ἄλλα ὅσα λοιπὰ προσανακαθηραμένοις* i. e. si praeter ceteras etiam quae supersunt difficultates explicaverimus. *προσφέρειν* vero *προστιθέναι* medium locum tenent inter *πρός* additivum et:

πρός directivum, quod in vulgaribus exstat vocabulis: a. *προσέρχεσθαι* — *γίγνεσθαι* — *ἰέναι* — *χωρεῖν* — *τρέχειν* — *πίπτειν* — *νεύειν* — *τυγχάνειν* — *κυνεῖν*; *προσπνεῦσις* II. 9. 14. 203. 21.

b. *προσαρμόττειν*. IV. 4. 16. 62. 17., *προσαρτᾶν*. IV. 7. 1. 120. 9., *προσάπτειν* II. 4. 14. 163. 15. *προσομιλεῖν* II. 4. 11. 160. 13.

c. *προσεμβλέπειν*. IV. 4. 8. 54. 32., *προσδιαλέγεσθαι* I. 8. 6. 105. 12., *προσαγορεύειν*. V. 3. 11. 193. 29., *προσεννέπειν* II. 9. 18. 211. 4., *προσφωνεῖν* VI. 6. 10. 409. 21., *προσάδειν* IV. 3. 14. 27. 19., a sonorum enim ad harmoniam concursu derivata est significatio ‚concinere.‘

d. *προσέχειν* IV. 4. 8. 54. 8. (animum advertere.) *προσοχή*. V. 1. 12. 175. 19. *προσδοκᾶν* VI. 2. 21. 324. 1.

In his cum dirigendi notio satis appareat, in sequentibus debilitata et attenuata videtur, ita tamen ut, quin subsit, dubitari non debeamus. *προσηνής* V. 5. 12. 220. 19. (pronus.) *προσφιλής* II. 9. 4. 188. 15., *προσπαθής* IV. 3. 11. 23. 20., *πρός* scilicet affectui, quem altera pars compositi significat, quasi viam ad obiectum demonstrat; denique in *προσεικάζειν* III. 8. 4. 335. 18., *προσόμοιος* IV. 5. 1. 102. 2. *πρός* quasi vehiculum videtur esse, quo notio *εἰκάζειν*, *ὅμοιος* adducitur ad id, cui quid assimiletur.‘)

Tandem ne pertinendi notio desit, ipsa quoque subiungenda dirigendi, exstat *πρόσκαιρος* IV. 8. 8. 152. 31. (temporarius.)

B. (De praepositionali vi particulae.)

Varia materiae divisio esse potest, sive praepositionem respicimus aut repetitam aut non repetitam post verbum,¹⁾ sive compositi ad simplex verbum condicionem, sive, quae nobis maxime

¹⁾ De *προσόμοιος* G. Meyer aliter iudicat. cf. Curtius. Studien. VI. 381.

²⁾ cf. Winer. Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms. Leipzig 1844.⁵ p. 505.

accommodata videtur esse, ipsam naturam particulae a primaria, adverbiali, propius longiusve remotam.

I. Particula cum verbo copulata adverbiascit; ad notionem eius de suo aliquid confert, quo illam distinguat; rectionem non mutat; compositum eundem, quem simplex, casum assumit.

a. accusativum. IV. 4. 8. 54. 32. *τὸ ζῆν προσεμβλέποντες*. II. 4. 4. 153. 5. *πῶς προσερεῖς κόσμον*. b. genetivum. II. 4. 14. 163. 15. *οὐδὲν προσαπτόμενος τῆς στερήσεως, προσδεῖσθαι τινος*. IV. 3. 19. 31. 18. c. dativum. IV. 4. 16. 62. 17. *κύκλος προσαρμότων κέντρῳ, προσαρτᾶν*. IV. 3. 11. 24. 11., *προσομιλεῖν* IV. 4. 18. 64. 11., *προσχωρῆσθαι*. IV. 3. 19. 32. 6., *προσνέμειν* VI. 3. 16. 345. 22. *προσεικάζειν*. III. 8. 4. 335. 18.

II. Particula cum verbo ita concrescit, ut qui additur casus, neque cum particula, neque cum verbo, sed cum novo ex duobus composito vocabulo iungendus sit; simplex praepositionem adhibet, compositum simplicem casum, sed non eum, quem ipsius particulae notio desiderat; adverbialem paene deposuit naturam, praepositionalem nondum integram induit; hac structura Plotinus libentissime utitur.

a. *προσάγειν τινι*. IV. 5. 2. 105. 12. *προσβάλλειν τινι*. III. 7. 5. 314. 29. *προσιέναι τινι*. IV. 7. 8. 129. 30. *προσερχεσθαι τινι*. VI. 1. 10. 274. 16. *προσχωρεῖν*. IV. 2. 1. 6. 5. *προσπίπτειν*. III. 6. 6. 290. 29. *προσνεύειν*. VI. 6. 13. 415. 4. *προσέχειν*. IV. 4. 20. 67. 10.

b. simplex ipsum quoque casum sibi iungit, sed alium ac compositum. VI. 4. 13. 378. 29. *ἀίσθησις ἧ προσέχοντες ἀπιστοῦμεν τοῖς λεγομένοις*; significat idem fere, quod *ἔχεσθαι τινος*, tenere aliquid. I. 6. 7. 93. 19. *θεῶν εἶδεσιν ἧ δαιμόνων προστυχόντες*.

c. compositio ea esse potest, ut non modo rectio, sed etiam significatio simplicis verbi aliquomodo mutetur. IV. 3. 14. 27. 19. *προσάδει τοῖς λεγομένοις*.

III. Hic vero in usu ab adverbiali ad praepositionalem procedente lacuna statuenda est. Desunt enim composita cum *πρός*, quae accusativus aut genetivus sequatur, qualia sunt *εἰσιέναι* c. acc. III. 2. 15. 243. 23. *ἐκπίπτειν* c. gen. VI. 9. 11. 524. 26., in quibus casus non tam cum composito, quam cum praepositione coniungendus est. Id enim ex eo concludi debet, quod simplicia, ubi eadem significatione utuntur, eundem casum, eandem praepo-

sitionem assumunt, nisi quod in his praepositio sui iuris facta verbum sequitur, in illis ei praefigitur.¹⁾

Neque huc pertinent vv. *προσεμβλέπειν*, *προσαγορεύειν*, *προσεννέπειν* c. acc. (s. l.); simplicia enim non praepositionem, sed casum assumunt, ut ne in compositis quidem praepositionalem vim opus sit statuere, sed adverbialem. Composita vero, quae datus sequitur, ambigi potest, sint ne huic (III.) an antecedenti generi subiungenda. *προσεῖναι* IV. 3. 25. 39. 14. *χρόνος οὐδ' πρόσ-εστι τῇ οὕτως λεγομένη μνήμῃ. προσκειῖσθαι.* VI 3. 6. 333. 11. *τὸ προσκείμενον τῷ λευκῷ. προσγίγνεσθαι.* II. 1. 6. 126. 19. *προσλαμβάνειν.* IV. 8. 3. 146. 29. *προσλαβοῦσα γὰρ τῷ νοερῷ εἶναι καὶ ἄλλο.* Supra enim [II.] si particulam praecisam verbo postponimus, simplex alium ac compositum casum requirit: *πρόσ-άγειν* c. dat. sed *ἄγειν πρὸς* c. acc.; e contra et *προσεῖναι* *τινι* et *εἶναι πρὸς τινι* dici potest. Verisimile tamen videtur esse ipsum compositum, postquam praefixo *πρὸς* significationem verbi induit, cui datus congruens est, casum regere: atque id praeter ceteris vv. *προστιθέναι*, *προσφέρειν* c. dat. commendant.

Proximus autem gradus is est, quo particula a verbo soluta ita ei postponitur, ut suum sibi casum iungat.

IV. Novissimum usus praepositionalis genus ea composita videntur efficere, in quibus particulae vis adeo debilitata est, ut verbi simplicis instar alteram praepositionem aut eandem, aut cognatam sibi iungant; qua structura Plotinus raro utitur paucorumque verborum.

a. VI. 1. 14. 281. 16. *πρὸς τῷ τόπῳ καὶ τὸ ἔστι προσκατηγορεῖται. προστιθέναι πρὸς* c. acc. I. 4. 6. 70. 6., [*προσθήκη πρὸς*. c. acc. identidem. I. 4. 14. 77. 25., III. 2. 6. 233. 20., VI. 8. 2. 480. 20.] *προσφέρειν.* V. 1. 11. 174. 31., *προσβάλλειν* I. 6. 2. 86. 25. sq. [*προσβολή.* VI. 6. 18. 423. 6.]

b. saepius cognata particula, praecipue *εἰς*, additur; *περὶ* VI. 3. 7. 334. 22. *περὶ γὰρ ἐλαττόνως ὄν μᾶλλον ὄν προσελθόν. ἐπί.* IV. 7. 6. 126. 27. *εἰ . . οἶον γραμμῆς ἐπ' ἄμφω τὰ πέρατα [αἰ] αἰσθ. τεις προσβάλλοιεν. εἰς. προστιθέναι* II. 9. 17. 210. 13. III. 2. 17. 248. 21. sq. [*προσθήκη* III. 2. 6. 233. 29., *πρόσφορος*

¹⁾ Ne hoc quidem loco casum pendere a praepositione contendo, sed praepositionem verbi significationem ita formare et mutare, ut compositum casum desideret praepositioni accommodatum, cum a simplici, non cum eadem praepositione iuncto (sc. postposita), omnino alienus sit.

III. 3. 6. 259. 21.] *προσιέναι*. III. 6. 14. 302. 27., *προσλαμβάνειν*
VI. 1. 22. 289. 18., [*προσποίησις*. VI. 6. 18. 423. 14.]

Significationum in differentiam argute inquirere nihil iuvat; ubi composito eadem praepositio additur, scriptor sive conscius sive non conscius vim praepositionis, qua compositum a simplici distinguatur, adauget; si alia particula accedit, singularis quaedam significationis condicio efficitur, varia scilicet pro varia praepositionis additae natura.

III. De particula *πρός* cum casu coniuncta.

Priusquam ad rem ipsam accedamus, de dispositione materiae dicendum est; quae vulgo ita instituitur, ut ex altera parte usus proprius et metaphoricus discernatur, ex altera usus localis, temporalis, finalis, modalis. Hae vero partitiones, quamquam non omnino spernendae sunt, tamen ita claudicant, ut, qua ratione illa vocabula intellegenda sint et recte adhibeantur, statuamus necesse sit. Metaphora, translatio ita facta est, ut, cum pro natura locali praepositionum notio sensibilis sit atque concreta, — liceat his vocabulis uti — adhiberentur ad condiciones minus sensibiles aut non sensibiles significandas, eo scilicet consilio, ut has magis sensibiles efficerent. Nam cum praepositionum proprium munus sit, succurrere casibus, quasque hi consuetudine decrepiti non satis distincte exprimere possunt condiciones, eas fulcire, sublevare, illustrare, nullo alio modo id melius fieri potest, quam condicionibus non sensibilibus ad sensibilia reducendis cogendisque quasi in locum.¹⁾ Hinc in omnibus usus generibus, si ad vivum resecamus, genuina particulae natura emicat. Quamquam igitur usum localem primum {fuisse, deinde homines ad ceteros processisse probare non possumus, — ceterae quoque condiciones fulcro quodam et adminiculo egebant — usum {localem haud immerito proprium nominamus, quoniam {et naturae particulae proximus est, huiusque vis in condicionibus localibus efficacissime apparet, {nimirum cum quas fulcit condiciones ipsae sensibiles sint; {contra in ceteris attenuata quodammodo videtur {esse, quod neque sustentat neque sustentatur verbi {tam concreta notione. Sed {ad {translationem usus praepositionalis verborum adiunctorum notio ipsa quoque translaticia plurimum valuit. Caveamus tamen, ne, ubicumque verba metaphorica notione uti nobis videntur, ibi arbitremur

¹⁾ cf. Joh. Nicol. Madwig. Kleine philologische Schriften. Leipzig. 1875. p. 301. sqq.

esse etiam praepositionum; e. g. *συμβαίνειν πρὸς τινα*, accedere ad al., congregi cum al. usus proprius esto; *συμβαίνειν πρὸς τινα* convenire sc. cum al. de al. re. vulgo non minus metaphoricus nominatur, quam eadem significatione praeditum *ὁμολογεῖν πρὸς τινα*. At revera, cur in *συμβαίνειν πρὸς τινα* metaphoram statuamus, causa non est. Si simplex *βαίνειν πρὸς*, si prius illud *συμβαίνειν πρὸς* proprius usus est, cur non, forma servata, alterum? cur hic significationem circumspicimus? Sed ne ea quidem translaticium quicquam continet, metaphoram nos inducimus; Graeci, puto, alterum *συμβαίνειν πρὸς* non minus sensibile, locale senserunt, licet non explicate, quam simplex *βαίνειν*, quam prius *συμβαίνειν πρὸς*, quam Latini 'convenire'. At, ne verbo *ὁμολογεῖν* quidem vim sensibilem abiudicabimus; sed cum magis obscurata et oblivione tecta sit, ut non forma, sed significatio *πρὸς* allexisse videatur, si quis metaphoricum usum a proprio secerni vult, quaecumque ipsa forma sensibilem naturam prae se ferunt, hic collocari oportet, illic cetera; sed immobiles terminos statui posse negaverim, quare ista bipartitio parum apta est. Ea vero alteram divisionem in usum localem, temporalem, finalem, modalem quodammodo inclusam tenet; sed haec quoque ex aliqua parte manca est. Sunt enim in dictione et aliorum et Plotini, quae in nullo ex quattuor generibus firmiter collocari possis;¹⁾ nisi forte quisquam, quae cetera respuunt genera, coacervat in capacissimum modi vel relationis receptaculum; ita vero difficultas removetur, non amovetur. Iam nobis propositum est, quod ad rem, Plotini varia usus genera persequi, singula enumerare, interpretari, quantum poterimus, quomodo praepositionis veram naturam referant, et inter se cohaereant, quaerere;²⁾ quod ad dispositionem, ordiendum est a condicionibus, in quibus notio *πρὸς* maxime sensibilis et concreta apparet, hinc ad tenuiora magisque remota gradatim ita progrediendum, ut cognata cognatis concilientur; ita vero quattuor illa genera sponte percurremus. Haec cum in universum dicta sint, praecipue ad *πρὸς* c. acc. pertinent; ceterorum casuum exiguus numerus disponendi minorem difficultatem praebet.

¹⁾ Ubinam e. g. *λέγειν*, *νοεῖν*, *θαυμάζειν*, *ἐκπλήττεσθαι*, *συμπαθής*, *ὅμοιος πρὸς*?

²⁾ alioquin dicta et cogitata noscemus, ignorabimus dicendi et cogitandi quasi vinculum, cum scriptoris, tum sermonis Graeci indolem, qua illius quoque genus dicendi continetur.

Πρός cum genetivo,

novies exstat¹⁾); significat autem eam condicionem, qua quid aliunde prodit.

Sensibilis vocabuli vis bene cognoscitur coniunctae cum *vv. ἐλλάμπεσθαι et πληροῦσθαι*. III. 8. 5. 336. 23. *τὸ πρῶτον οὖν αὐτῆς ἄνω πρὸς τοῦ ἄνω ἀεὶ πληρούμενον καὶ ἐλλαμπόμενον μένει ἐκεῖ*; II. post *πρῶτον* inserunt *τὸ λογιστικόν* et pro *πρὸς τοῦ* exhibent *πρὸς τὸ*. correxit Kirchhoff²⁾); atque alterum plane concedendum est, alterum accuratius inspiciendum. Fic. rationalis itaque eius pars illa superna penes superna impleta semper atque illustrata permanet; eumque secutus est Bouillet;³⁾ M.⁴⁾ Vo. cum Kirchhoffio consentiunt; olim tamen M. lectionem codicum defendendam susceperat.⁵⁾ Neque, quamvis coniectura primo obtutu arrideat, facile est, utram in sententiam eundem sit, diiudicare, neque negari potest *πρός* praesertim cum vocabulis *ἄνω, κάτω* solutum a verbo saepe ita usurpari, ut, ‘conversum ad’ verti possit. Tamen coniectura videtur praefenda esse; nimis enim offendit inanis cumulatio: *ἄνω* sc. *ὄν*, *πρὸς τὸ ἄνω* sc. conversum, *μένει ἐκεῖ*; *πρὸς τὸ ἄνω* autem quominus cum *μένει* iungamus, — id quod per se comprobari possit: cf. V. 3. 10. 139. 1. *αὐτὸ πρὸς αὐτὸ μένει*. VI. 7. 23. 454. 3., VI. 8. 9. 489. 4. — impedit *ἐκεῖ*; deinde collocatio adverbii *ἀεὶ*, ut *πρός . . ad πληρούμενον* trahamus, videtur invitare; quod fieri non potest, nisi genetivum

1) Semel et vicies apud Thucydidem, auctore Grundstroem, de usu praepositionis *πρός* apud Thucydidem. Upsaliae 1873; [locos Platonicos Ast non omnes, sed plus sedecim laudat.] perpaucis locis Aristoteleis, eisque ex aliqua parte suspectis. cf. Eucken. II. p. 68. quattuor locis Theophrasti, ex quibus unus suspectus. cf. Mueller, II. p. 22. ter apud Polybium. cf. Krebs, p. 113. semel in libris novi testamenti cf. Winer p. 448 in vulgari Graecorum sermone prorsus periit. cf. Mullach, Grammatik der griechischen Vulgaersprache. Berlin, 1856. p. 384.

2) Plotini opera recogn. A. Kirchhoff. Lipsiae, 1856.

3) Les ennéades de Plotin . . traduites par Bouillet. Paris 1857—61. II. 217.

4) Plotini enneades rec. Herm. Frid. Mueller. Berolini 1878—80.

5) Ueber Plotins Schrift *περὶ Θεωρίας* J. B. d. Kgl. Klosterschule z. Ilfeld 1874./5. Nordhausen 1875. p. 14. ann. 2.

restituimus.¹⁾ Similis corruptela latet: III. 6. 17. 305. 26. sqq. *συνῆει οὖν τὸ ἐκάστου λόγου μετὰ τό τι μέγα οἶον ἵππου καὶ ὄτουοῦν* [cod. *A* ἵππον ὄτουοῦν corr. pr. m. s. l.] ἄλλου καὶ τὸ μὲν αὐτὸ καὶ ἐγίγνετο πᾶσα [ad vocem πᾶσα in mg. m. pr. *A* οἶμαι κενόπτρισις.] μὲν μέγα πρὸς αὐτὸ μέγα ἐκλαμπομένη. K. codd. secutus est, nisi quod inter αὐτό et μέγα inserit τό; consentiunt autem omnes οἶον κενόπτρισις glossema esse. Vi²⁾ *συνῆει οὖν τοῦ ἐκάστου λόγου τι μέγα οἶον ἵππου καὶ ὄτουοῦν ἄλλου καὶ τὸ μέγα αὐτό;* eumque M. secutus est. Vo. *τὸ ἐκάστου λόγου μέγα.* Mihi quidem prior enuntiatī pars videtur facilius ita sanari, ut pro *μετὰ τό τι μέγα* legamus *μετὰ τοῦ τι μέγα;* τὸ ἐκάστου λόγου μετὰ τοῦ τι μέγα est magnum uniuscuiusque rationis coniunctum cum τό τι; τό τι autem est illud certum aliquid, cui oppositum τὸ τί ἦν εἶναι, hoc generale aliquid (τὸ καθόλου), illud singulare vel individuale. (τὸ καθέκαστον); concurrunt igitur uniuscuiusque rationis magnum individuale, velut magnum equi [int. τὸ μετὰ ἵππου μέγα] vel cuiuslibet alius rei et magnum ipsum; genetivus scilicet ἵππου appositio est non ad λόγου, sed ad τοῦ τι. Illustratur autem totus locus initio antecedentis capituli; in primis conferenda sunt vv. ἀλλ'εἰ ἦν τὸ γενόμενον μέγα ἄνθρωπος καὶ ἵππος καὶ μετὰ τοῦ ἵππου τὸ μέγα τοῦ ἵππου ἐπελθόν. . . Λόγος ad materiam accedens quam vult ei formam adducit magnitudinemque circumdat; λόγου in materiam efficacia certum aliquid gignitur e. g. ἄνθρωπος, ἵππος, et cum eo magnum ἵππου, oppositum per se magno. Alteram partem editores, nisi quod cum Kirchhoffio τό inserunt, ut in codicibus est, exhibent. Interpretes excepto Ficino non πρὸς αὐτό sed πρὸς αὐτοῦ verterunt;³⁾ et recte videntur sensisse, aliter verba intellegi non possunt; sed πρὸς c. acc. hunc sensum nullo modo efficit, itaque scribendum esse censeo πρὸς αὐτοῦ τοῦ μέγα ἐκλαμπομένη;⁴⁾ corruptela autem orta

¹⁾ πληροῦσθαι cum ἀπό invenis III. 6. 13. 301. 15. παρά c. gen. II. 3. 18. 150. 19.

²⁾ Annotationes criticae in Plotini enneadum partem priorem. Daventriae 1876. p. 26.

³⁾ cf. Die Enneaden des Plotin, übersetzt von H. F. Mueller. Berlin, 1878—80.

⁴⁾ τοῦ — μέγα ne quem offendat, cf. VI. 6. 13. 415. 3. ἐν μὲν γὰρ τῷ ὄν καὶ ἐν πολλὰ ἄν εἶη, ἐν δὲ τῷ ἐν οὐκ ἐνι τὸ ὄν.

esse potest ex antecedentis versus v. *αὐτό*; etiam ex sequentibus *ἐκάστη δὲ μοῖρα μέγα τι καὶ ὁμοῦ πάντα ἐφαίνεται ἔκ παντὸς τοῦ εἴδους οὗ τὸ μέγα καὶ ἐξ ἐκάστου* commendatio quaedam coniecturis accedit; respondent enim *παντὸς τοῦ εἴδους οὗ τὸ μέγα* v. 27 *τὸ μέγα αὐτό* et *ἐκάστου* v. 26 *τὸ ἐκάστου λόγου μετὰ τοῦ τι μέγα*. Ne *ἐλλάμπομένη* quidem Volkmanni necessarium est; verbi enim *ἐκλάμπειν* transitiva notio probatur VI. 7. 31. 462. 21. *ᾧ τὴν φύσιν ἐξέλαμψε*.¹⁾

Verba *πληροῦσθαι, ἐλλάμπεσθαι* πρὸς c. g. et notione sensibili et forma passiva praedita ad ea facile transducunt passiva, in quibus illa debilitata est. IV. 4. 32. 84. 31. *βλάπτειτ' ἄν ἄλλο πρὸς ἄλλον μέρος*. II. *βλάπτει* correxit K., II. 9. 10. 198. 27. *ἵνα μὴ πρὸς τούτων ἐνοχλοῖντο*. IV. 3. 20. 33. 30. *λέγεται πρὸς πάντων*. Deinde *πρὸς* additur eis, in quibus passiva notio delitescit. II. 9. 7. 193. 2. *ἀπαθῆς πρὸς αὐτῶν*.²⁾ II. 9. 9. 196 11. *αἰτίας — ἀποφεύζονται πρὸς ἀνθρώπων*.

Ne in his quidem genuina notio πρὸς c. gen. non cognoscitur: I. 6. 2. 86. 29. *τὴν φύσιν οὕσα ὅπερ ἐστὶ καὶ πρὸς τῆς κρείττονος ἐν τοῖς οὕσιν οὐσίας*; Fic. prope et secundum essentiam in rerum ordine praestantissimam; et in argumento cp. II. bene, quod ad rem: rationalis anima proxime pendet ex mente divina; V. 8. 13. 247. 8. *οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ πρὸς τρόπον. πρὸς τρόπον* est, quod ex indole alicuius prodit; id igitur eius erat, eius proprium, naturae consentaneum.³⁾

Duo supersunt loci, quibus codd. πρὸς c. gen. falso exhibent; de quibus hic agere liceat. III. 6. 5. 288. 4. sqq. Quae, ait Plotinus, purgatio est animae nullo modo inquinatae ἢ τί τὸ χωρίζειν αὐτὴν ἀπὸ σώματος? purgatio quidem est solam eam relinquere neque cum aliis neque aliud spectantem. Deinde pergit. *εἰ δὲ ἐπὶ θάτερα τὰ ἄνω ἀπὸ τῶν κάτω, πῶς οὐ κάθαρσις*; haec autem verba priorem difficultatem continent. Fic. *θάτερα*.

¹⁾ Pro particula πρὸς Plotinus alibi *παρά, ἀπό* usus est; *ἀπό*. I. 1. 10. 47. 9.; I. 8. 14. 113. 31.; *παρά*: I. 1. 12. 48. 31.; IV. 4. 26. 75. 8.

²⁾ cf. quod Carolus Bossler, de praepositionum usu apud Pindarum Darmstadii 1862 p. 62. laudat *ἀπαθῆς δ' αὐτὸς πρὸς ἀστῶν* Pindar. Pyth. IV. 297.

³⁾ De similibus locutionibus cf. Phrynichi eclogae nominum et verborum. ed. Chr. Aug. Lobeck. Lipsiae 1820. p. 10.

M. τὰ ἄνω non vertit, neque iniuria editores haeserunt. K. M. ἐπὶ θάτερα τὰ ἄνω τῶν κάτω. Vo. ἐπὶ θάτερα τῶν κάτω; neque tamen cur ἀπὸ eos offenderit, Kirchhoffium et Muellerum magis etiam quam τὰ ἄνω, intellegere possum. Haec enim, ubi corruptum locum cognovimus, primo obtutu glossema ad θάτερα videntur esse. ἀπὸ bene intellegitur; id igitur utique tenendum est. Sed corruptela ubi lateat apparebit, si ad alteram partem enuntiati, quae ab illa seiungi non debet, nos converterimus; haec quoque corruptelam continet. Quid enim χωρισμός γε πρὸς τῆς ψυχῆς significant? nihil aliud nisi separationem ab anima; sed primum notio separandi a πρὸς cum genetivo aliena est; deinde, quid separatur? corpus videlicet; at hoc ineptum, nam non corpus subiectum est cum totius enuntiati, tum antecedentium verborum, sed anima; eiusmodi inversio sensum prorsus obscurat. Nec non interpretes difficultatem agnovere, Fic. πρὸς omisit, M. quid sibi velit: 'kann nicht von Trennung sprechen bei einer Seele' nescio; [nisi forte ita cogitavit: χωρισμός, cuius auctor est anima, vernacule 'von seiten', ut πρὸς a χωρισμός solutum sui iuris sit; sed is usus novus et parum probabilis sit;] si πρὸς c. gen. servamus, τοῦ σώματος flagitatur, non τῆς ψυχῆς, aut omnino alia via ingredienda est. Duae autem corruptelae inter se conexae sunt, altera alteram explicabit. Supra enim vv. τὰ ἄνω [eaeque sola] supervacanea sensum turbant, infra post πρὸς postulantur: εἰ δὲ ἐπὶ θάτερα ἀπὸ τῶν κάτω, πῶς οὐ κάθαρσις καὶ χωρισμός γε πρὸς τὰ ἄνω τῆς ψυχῆς; [τῆς ψυχῆς pendet a χωρισμός]: si autem anima ab inferioribus ad contrariam partem se vertit, quomodo id non sit purgatio atque separatio [recessus sc. a corpore cf. v. 6.] animae ad superiora versus? Respondent hae sententiae duabus quaestionibus vv. 4. sq, et 6.: ἀλλὰ τίς ἡ κάθαρσις ἂν τῆς ψυχῆς εἴη et ἡ τί τὸ χωρίζειν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ σώματος: Corruptela ita orta esse potest, ut verba τὰ ἄνω omissa et margini ascripta in antecedentem versum falso reciperentur; de χωρισμός πρὸς τὰ ἄνω cf. V. 8. 13. 247. 14. ἑτερότητι τῆς πρὸς τὸ ἄνω ἀποτομῆς.

Alterum locum IV. 4. 32. 84. 28. codices ita exhibent. βλαβεράν δὲ ποιήσιν ἄλλου πρὸς ἄλλου ἐνὸς ὄντος ζῴου οὐ δεῖ τεθραυμάκηναι; sed. Vo. emendationem Henrici de Kleist suo iure videtur recepisse ἄλλου πρὸς ἄλλο; nam vocabuli ποιήσις passiva notio, quam qui genetivum servat, statuere debet, nullo modo probabilis est.

Πρός cum dativo

quadragies septies exstat; significat autem eam condicionem, qua quid prope aliquid est; deinde si hanc demum effici condicionem indicatur, vis additiva, quam iam in antecedentibus nominavi, exoritur. Atque illud prius genus et proprii et metaphoricī, qui dicitur, usus exempla continebit, quae seiungere inutile censeo; sive corpus sive anima alicubi versatur vel agit, ratio prorsus eadem est. Vulgaris usus plura exempla afferre, non expedit, haec enumerare satis est. II. 9. 18. 210. 19. *κατέχειν τὴν ψυχὴν πρὸς αὐτῷ*. IV. 7. 7. 128. 24. *τοῦ πρὸς τῷ δακτύλῳ ἀλγήματος αἰσθάνεσθαι*. IV. 8. 4. 148. 3. *ἐλλήπται οὖν πεσοῦσα καὶ πρὸς τῷ δεσμῷ οὕσα (ἢ ψυχῇ)*; exspectamus nos quidem particulam artiozem conexum inter *ψυχῇ* et *δεσμός* indicantem quam *πρός*; e. g. *ἐν*, quo Plotinus saepius utitur cf. paullo antea, p. 147. v. 30., IV. 8. 1. 143. 14., simile aliquid habemus II. 9. 11. 200. 19. *ἀλλὰ πρὸς τῷ πλάσματι πῶς ἢ ποιήσεις*;

Deinde IV. 4. 8. 53. 19. *ὅταν δὲ καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτῇ πρὸς ἄλλοις ᾖ*; Latinorum ‘versari’ ad intellectualem notionem cum sensibili iungendam aptissimum est; agendo versari inter alia idem est, quod occupatum, intentum eis esse. I. 4. 15. 78. 18. *πρὸς ἄλλοις ἔχοντι*. IV. 4. 8. 54. 15. *πρὸς ἄλλοις τε ἡ γνώμη μείξουσιν* sc. *ἐστίν*. IV. 3. 4. 14. 26. sqq. *εἴ τις ὑγιαίνοντα μὲν καὶ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν ὑγιαίνόντων ὄντα πρὸς ἐκείνοις εἶναι λέγοι, πρὸς οἷς ἐστίν . . . νοσήσαντος δὲ καὶ πρὸς ταῖς τοῦ σώματος θεραπείαις ὄντος πρὸς τῷ σώματι εἶναι* et ib. 24. sqq. *οἷον εἴ τις γεωργὸς ἐν φροντίδι τῶν ἐν τῷ φυτῷ εὐλῶν γίνοιτο καὶ ταῖς μερίμναις πρὸς τῷ φυτῷ γίνοιτο*. Fic. velut si quis agricola animalibus in planta genitis curandis incumbat et in planta colenda sollicitetur.¹⁾

B. Addendi vim *πρός* continet sive cum verbis iunctum, sive non iunctum; cuius generis, omissis nimis vulgaribus *πρὸς τούτῳ*, *πρὸς δὲ τούτοις*, similibus haec afferro. IV. 4. 30. 80. 28. *ἀ-*

¹⁾ His in verbis editores non haesisse miror; offendit enim et ipsa sententia bis expressa, et *γίνοιτο* repetitum, et dativi *ταῖς μερίμναις*; mihi in mentem venit, sed dubitanter profero: *ταῖς μερίμναις ταῖς πρὸς τῷ φυτῷ κίνοιτο*. cf. II. 3. 16. 148. 14. *οὐκ ἀπήλλακται τῆς ἐπὶ τῷ ἔργῳ φροντίδος . . . οἷα δὲ τις γεωργὸς σπείρας ἢ καὶ φυτεύσας ἀεὶ διορθοῦται*.

σθήσεις δὲ ἔδομεν καὶ ἀκούσεις πρὸς ταῖς ὁράσεσι. VI. 7. 40. 473. 30. παραμύθια ἄττα πρὸς τοῖς εἰρημένοις κομίζειν. VI. 3. 1. 326. 21. πλείω ἐνταῦθα πρὸς ἐκείνοις ἄλλα τιθέντας. VI. 2. 8. 309. 30. πρὸς τρισὶν ἐκείνοις ἀνάγκη δύο ταῦτα προστιθέναι.¹⁾ VI. 1. 14. 281. 15. πρὸς τῷ τόπῳ καὶ τὸ 'ἔστι' προσκατηγορεῖται. VI. 1. 7. 271. 12. τοῦτων ὄντων κατὰ τὴν σχέσιν αὐτῶν πρὸς τῷ δύο, τὸ δὲ ἐν εἶναι, ἔσχε τὸ μὲν διπλάσιον λέγεσθαι τε καὶ εἶναι τὸ δὲ ἐν ἡμῖσιν ἔσχεν αὐτό. II. πρὸς τὸ δύο. correxerit Kirchhoff, iam Fic. τῷ legit: praeter id, quod hoc quidem est duo, illud autem unum. [Facilius quidem Graeca intellegerentur, si scriptum inveniremus: πρὸς τῷ τὸ μὲν δύο, τὸ δὲ ἐν εἶναι: sed haec correpta sunt.] VI. 4. 3. 366. 6. θαυμαστὸν καὶ ἀδύνατον πρὸς τῷ θαυμαστῷ. His denique, si codicibus fidem haberemus, addendum esset: II. 4. 16. 166. 16. sqq. ἐκείνη δὲ ἢ ὕλη ἢ ἐκεῖ τὸ ὄν: τὸ γὰρ πρὸ αὐτῆς ἐπέκεινα ὄντος, ἐνταῦθα δὲ τὸ πρὸ αὐτῆς ὄν. οὐκ ὄν ἄρα αὐτῆ ἕτερον ὄν πρὸς τῷ καλῷ τοῦ ὄντος. haec edd. receperunt et interpretes vertere pro virili parte studuerunt. Fic. . . . qua propter cum de hac non ens dicitur, intelligitur alterum ens (sc. materia, quae apud nos est.) ad ipsius entis pulchritudinem; 'ad', quantum eius dicendi usum novi, comparativo sensu accipiendum est et cum 'alterum' coniungendum; id quod ex eiusdem argumento huius capitis probatur: non dico nihilum, sed quasi non ens, si ad entis ipsius veri pulchritudinem comparetur. Bouillet: elle est étrangère

¹⁾ Quae si comparamus cum iisdem verbis, cum πρὸς c. acc. sibi alligant, significatione ita differunt, ut πρὸς c. dat. et πρὸς c. acc. hoc dirigendi notionem confortat, illud 'prope aliquid esse', unde addendi, augendi facile derivatur; et cum in una notione addendi Graeci duas conciliatas videantur sensisse, alteram augendi, alteram directionis vel motus cuiusdam, quo actus augendi efficitur, huic πρὸς c. acc. inservit. illi πρὸς c. dat. Dicitur autem τιθέναι πρὸς τινι et πρὸς τινά, προστιθέναι πρὸς τινι et πρὸς τινά et προστιθέναι τινί, non τινά: cur hoc? aut solutum a verbo τιθέναι vi usum additiva πρὸς dativum sibi sumit, aut cum illo ita concrevit, ut verbum dandi efficiatur, cuius dativus proprius est. Verum in προστιθέναι πρὸς c. acc. si qua vocabulo πρὸς fuerit notio addendi, succubuit dirigendi verbi τιθέναι, quae adminiculum desiderabat; si non fuerit, πρὸς adauget vim dirigendi, et notio addendi in προστιθέναι πρὸς c. acc. secundaria est.

à la beauté de l'être. M. ein anderes Seiendes im Verhältniss zur Schönheit des Seienden. Omnes igitur *πρός* comparativo sensu intellegunt; sed ea significatio a *πρός* c. dat. prorsus aliena est atque inaudita; nusquam quo illud ullo modo commendaretur exemplum inveni, nec indagari posse credo; pugnat cum natura comparationis Graecorum, cui *πρός* c. acc. aptissimum est. Sed his omissis, quidnam vv. *πρός τῷ καλῷ* sibi volunt? quod supra dictum est *πενία . . κάλλους . . . πῶς οὖν οὐ δυνειδές* huc non pertinet. Nam vv. 16—19 summam totius libri continent, qui inscribitur *περὶ τῶν δύο ἕλων*; argumentatur enim Plotinus ita: [duae scilicet sunt materiae, altera intellegibilium, altera sensibilium;] materia intellegibilium inferior est *τῷ πρὸ αὐτῆς* i. e. uni; atqui hoc excelsum supra ens, ergo illa ens; e contra: id quod huic sensibili materiae superius est, *ὄν* est; ergo haec materia non *ὄν*: *οὐκ ὄν ἄρα αὐτή*. Hoc tamen 'non ens', ut est, duplex esse potest; etenim illud unum 'non ens' est, propterea quod excelsum supra ens, et materia sensibilium 'non ens' est, propterea quod inferius ei est; ergo addi necesse est, quo illud 'non est' distinguatur; et addidit Plotinus *ἕτερον ὄν πρὸς τὸ κάτω τοῦ ὄντος*: genetivus ab *ἕτερον* pendet, ut intellegendum sit: non ens, diversum scilicet [Fic. alterum ad . . .] ab ente ad inferiora versus.

Πρός cum accusativo

dirigendi condicionem significat, auget. Ea autem cum in verbis movendi maxime sensibilis appareat, ab his ordiendum est; deinde sequentur, quae solam dirigendi, non movendi notionem continent; atque illa pars usum, qui localis vulgo nominatur includet, haec cetera genera; quae quidem nobis occurrent, neque tamen materiam coërcebunt. Omitto vulgaris usus exempla, ad quae nihil habeo, quod addam.

πτεροῦσθαι. V. 3. 4. 182. 20. *πτεροῦσθαι πρὸς νόησιν* Fic. conceptis alis volare ad intelligentiam. *πτοεῖσθαι*. *κουφίζεσθαι*. VI. 7. 22. 453. 6. sq. [*ῥώννυται τε καὶ ἐγείρεται καὶ ὄντως πτεροῦται*] καὶ πρὸς τὸ παρακείμενον καὶ πλησίον καίπερ ἐπτοημένη ὁμως πρὸς ἄλλο οἶον τῇ μνήμῃ μεῖζον κουφίζεται; quamvis, sc. anima, ad id, quod proxime adiacet, rapiatur impetu, tamen ad aliud quasi reminiscencia

maius elevatur. Ne *πτοεῖσθαι* quidem huc trahere dubitavi, cum propter coniunctionem cum *κουφίζεσθαι*, in quo notionem movendi subesse satis apparet, tum propter ipsius naturam, quam v. 'trepidare', si verbum movendi intellegitur, optime exprimit.¹⁾

Simile hoc exemplum est. I. 3. 1. 58. 21. sq. *εὐκίνητον καὶ ἐπτοημένον μὲν πρὸς τὸ καλόν*. Πρὸς tamen huic verbo minus acceptum fuisse videtur, quam *περί*, quod cum alias saepe, tum apud Plotinum exstat. I. 3. 1. 58. 32., ib. 2. 59. 10.²⁾

βάλλειν. II. 4. 5. 153. 28. *ὄφθαλμὸς φωτειδῆς ὦν πρὸς τὸ φῶς βαλῶν*: is haud vulgaris usus, quare Vo. praef.¹ XVIII. 'βαλῶν, an βλέπων?' neque tamen emendatione opus est, idem exstat: III. 8. 10. 344. 27. *βαλῶν πρὸς αὐτὸ [sc. τὸ ἐν] καὶ τυχῶν ἐν τοῖς αὐτοῦ ἀναπαισάμενος συννόει μᾶλλον τῇ προσβολῇ συνείς*. Fic. dirigens te in illud; neque nimis mirum, quod Plotinus licentia quadam fere poëtica usus simplex eodem modo, quo compositum adhibet. cf. V. 1. 3. 164. 16. *ἀνάβαινε πρὸς ἐκεῖνον, πάντως πού οὐ πόρρω βαλεῖς*, ubi Volkmanni coniectura *ἐπιβαλεῖς* non necessaria est, quamquam hoc quoque ita usurpatur. VI. 5. 12. 397. 10. *ἢ πού ἐπιβαλῶν ἢ πρὸς τι ἀτενίσας*. cf. V. 9. 7. 255. 8.

προσβολή VI. 6. 18. 423. 6. sq. *ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἡ προσβολή καὶ πρὸς τὰ ἄψυχα ἢ πολλή καὶ ὅταν πρὸς ζῷα τὸ μὴ ζῶν αὐτῶν προβέβληται*. *ἐπιβολή* VI. 6. 6. 405. 7. *ἐπιβολή πρὸς αὐτό* Fic. aliquis in hanc ipsam intuitus.³⁾

κινεῖν. I. 4. 15. 78. 20. *τὸν ἐν αὐτῷ κινηθέντα οἶον πρὸς λύπας παῖδα καταπαύσει ἢ ἀπειλῇ ἢ λόγῳ*: quae, cum plura eiusmodi exempla habeamus, quomodo intellegenda sint, dubium non est. cf. IV. 3. 13. 26. 16. *πρὸς γάμων φυσικὰς προθυμίας ἢ πρὸς πράξεις . . . κινουμένοι*. IV. 4. 28. 78. 4. *κινεῖσθαι*

¹⁾ cf. Index graecitatis Platonicae . . . confecit T. Mitchell. Oxonii 1832. s. v. Plotini liber de pulcritudine . . . em. Frid. Creuzer. Heidelbergae 1814. p. 211.

²⁾ Neque viri docti, quos Stallbaum ad Platonis Phaedon. 68. C. laudat, exemplum *πτοεῖσθαι πρὸς* afferunt. Inter ea, quae Creuzer l. l. collegit, unum exstat. Plura invenies in 'Plutarchi Chaeronensis moralia . . . emend. Daniel Wytttenbach. Operum tom. VIII. index Graecitatis. Oxonii 1830.' s. v.

³⁾ Bono consilio haec apposui; nam quodcumque est genus notionis *βάλλειν*, sive oculorum, sive animi aliquo impetus, semper movendi ratio subest.

πρὸς τὰς ὀργάς. III. 5. 2. 269. 25. *κίνητικὸν τῶν ψυχῶν πρὸς τὸ ἐκεῖ κάλλος. ἐνδύνειν.* IV. 3. 21. 34. 26. *εἰ οὖν κατὰ τὸ παράδειγμα τὸ τοῦ κυβερνήτου τοῦ ἐνδύντος πρὸς τὸν οἶακα θείμεθα τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι εἶναι . .* Fic. illud gubernatoris exemplar gubernaculo se ipsum insinuantis; edd. M. Vo. secuti Kirchhoffium πρὸς in εἰς mutarunt, quod facilius legi concedo, necessarium esse nego; nam quamquam ἐνδύνειν nullo alio loco πρὸς sibi iungit, nullo loco eandem significationem habet, nullo πρὸς refellitur. Et sunt apud Plotinum alia quoque, quae alibi haud facile invenias; cf. supra πρὸς τῷ δεσμῷ οὔσα; ne haec quidem: VI. 4. 16. 383. 32. *ὅταν δ' αὐτὴ [sc. ἡ ψυχὴ] οἶον ἐλλάμψη πρὸς ἑαυτήν.* I. 1. 12. 48. 28. *ἀλλ' εἰ ἡ νεῦσις ἔλλαμψις πρὸς τὸ κάτω, οὐχ ἁμαρτία;* quamquam cui fortasse magis placet vv. πρὸς τὸ κάτω soluta a verbo ἔλλαμψις intellegi; sed ne simplex quidem πρὸς respuit.¹⁾ V. 3. 8. 189. 8. *τὸ πρῶτον φῶς ἑαυτῷ λάμπον πρῶτως καὶ πρὸς αὐτὸ λαμπηδῶν, λάμπον ὁμοῦ καὶ λαμπόμενον.*

ἔκπτωσις. III. 5. 1. 268. 20. *ἡ δὲ πρὸς²⁾ μῦξιν ἔκπτωσις ἁμαρτία.* Fic. lapsus vero intemperantium in veneream mistionem est peccatum. *ἐξίσταναί.* VI. 7. 27. 458. 22. [*ἄτοπον δὲ τὸ ζητεῖν διὰ τί ἀγαθὸν ὃν αὐτῷ ἀγαθὸν ἐστίν*] ὥσπερ δέον πρὸς ἑαυτὸ ἐξίστασθαι τῆς αὐτοῦ φύσεως. Fic. et Bouillet, de quo potissimum agitur, omiserunt. M. hinsichtlich seiner selbst; sed parum recte. πρὸς cum ἐξίστασθαι iungendum est, ut haec sententia exsistat: ineptum est quaerere, cur quod bonum sibi ipsi est, bonum sit; quasi opus sit suam naturam illud relinquere, ut in eam perveniat. Absurdum est quaerere, cur ἀγαθὸν ὃν αὐτῷ ἀγαθὸν ἐστίν, neque enim res aliter se habere potest; alioquin τὸ ἀγαθὸν et τὸ αὐτῷ ἀγαθὸν diversa essent ac segregata; at revera non sunt; in ipso ἀγαθὸν ὃν αὐτῷ inclusum est ἀγαθὸν; similis usus est VI. 1. 21. 288. 27. *ἀλλοίωσιν εἰς οὐσίαν ἄγουσαν, ἥτις ἐξίστησι πρὸς τὸ χεῖρον ἢ μὴ πρὸς τὸ βέλτιον.³⁾*

¹⁾ Longe usitatissimum etiam apud Plotinum εἰς est. cf. II. 9. 12. 201. 25., IV. 4. 8. 55. 2., IV. 4. 22. 68. 32., VI. 5. 8. 390. 16. VI. 7. 7. 433. 22. al.

²⁾ εἰς paullo post ib. 269. 18., et cum verbo ἐκπίπτω III. 2. 4. 232. 2., VI. 7. 33. 465. 9.

³⁾ Ne huic quidem verbo πρὸς acceptum fuit, eius locum vulgo εἰς obtinet; sed cf. Wytttenbach. l. l. s. v.

ἐκπλήττεσθαι. V. 1. 1. 161. 16. sq. πάντα μᾶλλον ἢ εαυτὰς θαυμάσασαι καὶ πρὸς αὐτὰ ἐκπλαγεῖσαι καὶ ἀγασθεῖσαι καὶ ἐξηρημέναι. Fic. quidquid occurrit, magis quam se admirantes atque stupentes hinc et admirabundae pendentes.

Hunc usum minus vulgarem sic interpretor: si quis aliqua re admirabili vehementer commovetur, fit, ut animum oculosque infixos ei intendat, totam suam naturam quasi illuc rapi patiatur, expellatur ex se, compellatur ad rem admirabundam;¹⁾ insuper additum ἐξηρημέναι sensibilem condicionem illustrat. cf. V. 8. 8. 241. 3. ἐπ' ἐκεῖνο ἔχει τὸ θαῦμα. IV. 5. 5. 109. 8. πρὸς ἀέρα γενομένη πληγή. III. 6. 19. 308. 11. οὐδέ γε αἱ πληγαὶ αἱ τούτων πρὸς αὐτήν, πρὸς ἄλληλα δέ; substantivum autem verbo aut pronuntiato aut subaudiendo [e. g. γιγνομένοι] fulcitur, attamen magis quam hoc, vocabuli πληγή vim verbalem πρὸς desiderare censeo; quamquam etiam illud γίγνεσθαι, synonymum ἀφικνεῖσθαι, πρὸς sibi iungit III. 4. 6. 265. 31. γίγνεσθαι πρὸς ἄστρον. cf. VI. 7. 8. 435. 3.²⁾

¹⁾ Dummodo ne quis contendere me arbitretur auctorem, cur ita scriberet, conscium sibi fuisse. Nam saepe homines enuntiata non modo consuetudine sancita, sed etiam in sermonis et cogitandi indole bene fundata in ore habent, cur iis ipsis, non aliis utantur ignari. Ἐκπλήττεσθαι πρὸς c. acc. apud Plutarchum saepius exstat cf. Thes. 19. Pericl. 35. Cam. 18., simili modo θαυμάζειν πρὸς c. acc. cf. Soph. Oed. Col. 119. (Dind.) φοβεῖσθαι πρὸς c. acc. Trach. 1211.; in his quidem movendi vis non subest, sed quo animi affectus tendat, πρὸς indicatur. Hinc causalis notionis species prodit, [cf. Philologische Studien von E. A. Fritsch I. B. 2. Theil. Die Praepositionen. Giessen 1858. p. 128.] quae a πρὸς c. acc. abhorret. R. Kuehner. Ausfuehrliche Grammatik der griech. Sprache. Hannover 1870². p. 451. haec quoque ad relationem vel condicionem relegat.

²⁾ De hoc loco interpretibus aliter visum est. Secundarium unum [τοῦτο τὸ ἐν] ait Plotinus, cum sit post τὸ πάντη ἐν, multiplex est; alioquin non post illud esset, sed illud; μετ' ἐκεῖνο δὲ ὄν ὑπὲρ μὲν ἐκεῖνο πρὸς τὸ μᾶλλον ἐν γενέσθαι οὐκ ἦν. ἐλλεῖπον δὲ ἐκείνου. Fic. πρὸς τὸ μᾶλλον ἐν relativo sensu accipit, comprehendens ὑπὲρ . . ἐκεῖνο γενέσθαι; vertit enim: cum vero sit post illud, fieri nequit, ut in eo, quod est unum esse, superet ipsum. M. finalem notionem videtur subaudire, supplet igitur aliquid veluti εἶναι aut ad ὑπὲρ μὲν ἐκεῖνο aut ad πρὸς τὸ μᾶλλον ἐν. Mihi quidem in

Haec non incommode ea excipient, in quibus movendi ratio apparet, neque tamen verbum additum est; atque simile antecedentibus habes: IV. 5. 5. 109. 5. ἄλλο γὰρ ἤχεϊ χαλκὸς πρὸς χαλκὸν ἢ πρὸς ἄλλο . . . ὁ δὲ ἀήρ εἷς καὶ ἡ ἐν αὐτῷ πληγῇ; nam si πρὸς ad ἤχεϊ spectare existimamus, sensus est: sonus pervenit ad . . . sed hic notio πλήττειν et postulatur et facile subauditur. Deinde IV. 5. 7. 112. 5. sqq. Plotinus de animalibus narrat, quae ignem in se inclusum habere videntur, qui, cum se extendunt, foras emicat, evanescit, sum se corripiunt. τί οὖν; εἰσελήλυθεν [int. τὸ φῶς]; ἢ οὐκ ἔστιν ἔξω, ὅτι μηδὲ τὸ πῦρ πρὸς τὸ ἔξω, ἀλλ' ἔδν εἰς τὸ εἶσω; insequens v. ἔδν verbum proveniendi hausit. Difficilius est certum de iis statuere, quae leguntur. VI. 5. 11. 396. 28. sqq. οὐ πᾶσα μετέσχευ ὕλη, ἀλλὰ [ἄλλῃ] ἄλλο τι ἔχει καὶ οὐ πᾶσα πρὸς πᾶν. ἐπεὶ οὐδὲ ἡ πρώτη πᾶσα πρὸς πᾶν, ἀλλὰ πρὸς τὰ πρῶτα τῶν γενῶν. Equidem, si recte totum locum intellego, verbum movendi supplendum esse existimo, quocumque Plotinus aliis locis, quomodo unum in universum se profundat, illustrare conatur. φύσις illa [cf. 396. 14.] totam se omnibus dat et indivisam, sed non omnia eodem modo eius capacia sunt, secundum suam ipsorum naturam recipiunt illam abundantia superfluentem.

Nonnulla πρὸς, quae sui iuris videntur esse, ita explicantur, ut ex antecedentibus, quamvis haud ita facile, verbum movendi repetatur. VI. 6. 1. 398. 27. τὸ δὲ πρὸς αὐτὸ ἔνδον ἦν. Fic. ad se autem vergere est intus assidue permanere; sed ex antecedentibus ἡ δὲ ἔφρασις ἢ πρὸς τὸ οὕτω μέγα ἀγνοοῦντός ἐστι τὸ ὄντως μέγα καὶ σπεῦδοντος οὐχ οἷ δεῖ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἔξω· supplendum est σπεῦδον. Inde quod Vi.) III. 9. 2. 348. 19. sq. πρὸς αὐτὴν γὰρ βουλομένη τὸ μετ' αὐτὴν ποιεῖ εἶδωλον αὐτῆς post βουλομένη inseruit ἔχειν, Vo. recepit, non necessarium duco; nam ex antecedentibus φωτίζεται μὲν οὖν ἡ μερικὴ [sc. ψυχὴ] πρὸς τὸ πρὸ αὐτῆς φερομένη, ὄντι γὰρ ἐντυγχάνει. εἰς δὲ τὸ μετ' αὐτὴν, εἰς τὸ μὴ ὄν. τοῦτο δὲ ποιεῖ εἰ πρὸς αὐτὴν· ut ad εἰς . . . εἰς . . . πρὸς, ita illic quoque, quid subaudiendum sit, apparet. II. 2. 2. 132. 3. ἐπεὶ οὖν [int. ἡ ψυχὴ] οὐκ ἔστι πρὸς

mentem venit πρὸς τὸ μᾶλλον adverbiascere ut πρὸς τὸ πλεόν, alia; neque tamen exemplo probare possum; facillimum est et sensui aptum πρὸς cum γενέσθαι coniungi 'ad magis unum pervenire.'

¹) II. p. 15.

αὐτόν, [sc. τὸν Θεόν] περὶ αὐτόν; hoc quoque loco ex praemissis εἰ δὴ ψυχὴ ἐστὶ περιθέουσα τὸν Θεόν, ἀμφαγαπάζεται καὶ περὶ αὐτόν ὡς οἴοντες αὐτῇ ἔχει verbum movendi assumendum est atque accersenda, quae II. 2. 1. 130. 29. sq. Plotinus disserit; centrum manere orbis, non circuitum oportere; aliter orbem evanescere ac magnum centrum effici; deinde pergit: μᾶλλον οὖν ἐστὶ περὶ τὸ κέντρον καὶ ζῶντι καὶ κατὰ φύσιν δὲ ἔχοντι σώματι [sc. moveri]. οὕτω γὰρ συννεύσει πρὸς τὸ κέντρον, οὐ τῇ συνιζήσει — ἀπολεῖ γὰρ τὸν κύκλον — ἀλλ' ἐπεὶ τοῦτο οὐ δύναται, τῇ περιδινησει; de condicione animae et mentis ad unum comparata cum orbium circuitus condicione ad commune centrum cf. IV. 4. 16. 62. 19. sqq. Anima desiderio quodam excitata ad deum tendit perpetuoque cursu, quam proxime accedere cupit, quoniam autem non recta via eum consequitur, — incideret enim in eum, — circa eum movetur; quodsi Fic. vertit: permanet penes ipsum, M. mit ihm sein, parum recte. Ultimum his accedat: VI. 6. 1. 399. 3. δεῖ τὰ πάντα μέρη πρὸς ἓν; conexus autem verborum subaudiendum requirit ἴεναί vel συνιέναι.

Hinc apte transeamus ad verba coeundi, coniungendi, plerumque cum particula σύν composita, nec non addendi, dandi, miscendi; sunt etiam, quae medium quendam inter haec et priora locum obtinere videantur. V. 1. 10. 174. 14 εἶ πως καὶ τὸ λοιπὸν ψυχῆς εἶδος ἀναγάγοι τις καὶ συνενέγκαι πρὸς τὸ ἄνω. Fic. se undique conferens. II. 3. 8. 140. 19. κακίαι δὲ συντυχίαι ψυχῆς πρὸς τὰ ἔξω. cf. VI. 1. 12. 279. 7. VI. 8. 8. 488. 27 sq. οὐδὲ τὸ συνέβη λεκτέον, οὔτε γὰρ αὐτῷ οὔτε πρὸς ἄλλο [sc. συνέβη].¹⁾

Deinde II. 3. 13. 143. 22 πρὸς τὸ ὅλον συντέτακται²⁾ IV. 4. 33. 85. 31. τάξιν εἰς ἄλληλα καὶ πρὸς ἄλληλα συντάσσουσαν; εἰς autem et πρὸς fortasse ita differunt, ut illud significet singulas partes, quibus inferiores sunt, subiungere, inserere, quemadmodum partes toti, hoc, singula singulis, ut par est, asserere. VI. 7. 2. 427. 17. συνείρεται πρὸς ἄλληλα τὰ πάντα, et paullo post v. 21. πρὸς ἄλληλα ὁμοῦ τὴν αἰτίαν καὶ τὸ αἰτιατὸν συνιστάντων; probe M. 'den Grund und die Wirkung ein-

¹⁾ Bene nota πρὸς c. acc. respondere dativo αὐτῷ.

²⁾ Sed paullo post dativum invenis p. 143. 26. sq. cf. II. 3. 13. 144. 16., III. 5. 3. 272. 14.

ander zutragen'. Huc etiam referenda sunt: II. 3. 4. 136. 17. οὐ γὰρ δὴ συνθεμένοι πρὸς ἀλλήλους οὕτω ποιούσι. Fic. inter se quasi consulto convenientes;¹⁾ et IV. 4. 12. 58. 23. τὰ παρεληλυθότα πρὸς τὰ παρόντα συμβάλλειν. i. e. comparare; ne hoc quidem hic collocare vereor, nam comparandi rationem ipsius verbi forma docemur ita effici, ut alterum alteri adiungatur, quo eorum condicio melius appareat. cf. Latinorum 'conferre'.

Iam alia habes: II. 8. 1. 181. 9 sq. ἐλάττω μὲν δοκεῖ τοῖς ὀρῶσι τὰ πόρρω, ὅτι συναιρεῖσθαι πρὸς τὴν ὄψιν ἐθέλει καὶ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς κόρης τὸ φῶς Fic. ad visum et ad magnitudinem pupillae . . . colligi.²⁾ IV. 3. 20. 33. 1. οὔσης [sc. τῆς ψυχῆς] πρὸς αὐτὴν συνηθροισμένης. F. in se ipsam collecta. VI. 4. 16. 384. 1. πρὸς τὸ ὄλον συνέσταλται;

Eundem fere sensum, quem *συνιέναι* similiaque, reddit IV. 5. 1. 102. 6. εἰς ἓν πως πρὸς τὰ αἰσθητὰ ἰέναι. Ad *συνείρειν* proxime accedunt: *συνάπτειν* πρὸς c. acc. II. 1. 6. 125. 29.; IV. 4. 43. 98. 14; *συναφῆς*. IV. 4. 45. 100. 12; *συναφή*. IV. 8. 2. 145. 6; nec non *ἀνάπτειν* II. 3. 5. 138. 8; *ἐξάπτειν* IV. 4. 40. 95. 10; *ἐπαφή*. VI. 9. 9. 521. 4; deinde *συμπλοκή*. III. 1. 2. 216. 30; III. 1. 4. 219. 11; III. 3. 4. 256. 5. *ἐπιπλοκή* III. 1. 2. 217. 20. *ἀναρτᾶν* I. 7. 1. 97. 28; *συναρμόζειν* III. 6. 2. 282. 17 *ἀρμόζειν*. III. 7. 10. 324. 25. πάντα τὰ ἄλλα καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀρμόσει.³⁾

¹⁾ cf. quae praefatus sum.

²⁾ Data occasione de loco agere liceat, quem interpretes parum accurate videntur dispexisse vel non idoneis verbis illustrasse. III. 7. 6. 317. 5. *συναιρετέον τὸ ἀεὶ εἰς ἀδιάστατον δύναμιν*. Fic. colligendum est ipsum semper ad indistantem potentiam demonstrandam. M. man muss deshalb das 'immer' als eine kontinuierliche Kraft auffassen; neque tamen haec Plotini verba reddunt. Dissertit autem τὸ ὄν et τὸ ἀεὶ ὄν non diversa esse, sed ἀεὶ [perspicuitatis causa addi; cf. p. 316. 31., 317. 4., deinde, de quibus agitur: τὸ ἀεὶ colligendum est, una [sc. cum τῷ ὄν] trahendum in indistantem potentiam; vernacule: ist mit hineinzuziehen in eine . . . vel zu einer kontinuierlichen Kraft. cf. VI. 1. 5. 268. 27. *συνηρημένος καὶ οὗτος οὐκ εἰς γένος ἔν*. IV. 7. 6. 127. 1.

³⁾ His omnibus verbis simplex datus magis acceptus est; ac ne εἰς quidem spernunt, cf. *συνάπτειν εἰς*. II. 9. 18. 211. 7., III. 3. 1. 252. 5. sq. *ἀνάπτειν* VI. 5. 4. 388. 6., *συμπλέκειν* IV. 4. 38. 93. 13.

Hic vero, quamquam nunc subsistendum est, ut cetera movendi genera afferamus, postea verba communionem, concinnitatem, cognationem significantia commode annectentur. Nunc quidem ad notionem addendi progrediamur, quo ipsa composita cum σύν prominent. I. 4. 15. 78. 7 sq. οὐδὲ γὰρ ἂν πρὸς αὐλητικὸν τέλος . . . συμβάλλοιτο. II. 3. 16. 147. 23. οὐδὲν ἔτι συμβαλλομένη πρὸς τὰ ἐφεξῆς [sc. anima mundi.] Fic. quae vero deinceps his sigillatim contingere consueverunt, nequaquam animadvertit vel agit. M. ohne sich weiter um das Nacheinander zu bekümmern¹. Sed accuratius interpretamur: anima mundi, ubi singula fecit, ad ea, quae deinceps accidunt, nihil amplius de suo confert; συντελεῖν. I. 6. 1. 85. 22; III. 2. 17. 249. 23. Σύμφορος, προστιθέναι, προσθήκη, εἰςφέρειν πρὸς. c. acc. exemplis probare supersedeo; omnia particulae εἰς magis favent; πρόσφορος cum πρὸς non inveni, sed cum εἰς.

Iam quod διδόναι πρὸς sibi sumit, non tam dandi vis, quam addendi, admovendi, dirigendi praepositionem desiderabat. III. 1. 6. 222. 13. ἔστωσαν δὲ πρὸς τὰ τοῦ σώματος πολλὰ σωματικῶς δίδόντες [sc. οἱ θεοί] IV. 4. 4. 50. 9. εἰ δὲ πρὸς τὰ κάτω δοίη αὐτήν Fic. si anima se ipsam dedat inferioribus.¹) Nec non λαμβάνειν πρὸς τι. III. 7. 13. 329. 31; παραλαμβάνειν VI. 6. 13. 414. 31; συνεπιλαμβάνειν. II. 1. 5. 124. 24.

In ordinem verborum addendi par est, ut miscendi²) recipiantur, qualia sunt: VI. 7. 5. 431. 31. συμμίξασα ἐαυτήν λόγῳ πρὸς λόγον. VI. 6. 18. 422. 22. πρὸς θάνατον συμμιγῆ ἔχον τὴν ζωήν. I. 6. 5. 91. 6. κράσει τῇ πρὸς τὸ χεῖρον.³)

Ut vero verba coniungendi, sic disiungendi πρὸς sibi asciscunt ad indicandum, quo discessus fiat. VI. 5. 11. 396. 5 τοῦ

συναρτᾶν III. 5. 2. 270. 23., ἀναρτᾶν II. 9. 1. 184. 11., II. 9. 9. 196. 29., II. 9. 15. 205. 10., IV. 3. 2. 10. 20. ἐναρμόζειν III. 2. 12. 240. 12. Sed particula εἰς obiectum verborum longius producit ad id, cui iungatur, magis inducitur, πρὸς autem adducitur.

¹) εἰς invenimus II. 3. 13. 144. 30. sq. τῇ ψυχῇ . . . δοθείση εἰς τὸ κάτω II. 4. 12. 161. 15., III. 2. 2. 228. 4., IV. 1. 1. 4. 1.

²) De notionibus σύγκρισις, διάκρισις cf. VI. 3. 25.

³) Ne εἰς quidem deest cf. III. 3. 4. 255. 29., IV. 3. 15. 27. 25. et 28., VI. 4. 16. 382. 15., magis etiam simplex datus usitatus est cf. IV. 7. 8. (M. 10.) 132. 5., III. 5. 7. 276. 15., II. 1. 7. 128. 5., ἀμιγῆς VI. 8. 14. 498. 17. sq. ἀναμιγνύναι μετὰ c. gen. exstat IV. 5. 7. 112. 14.

μὲν χρόνον σκιδναμένον ἀεὶ πρὸς διάστασιν. διάστασις sc. est is status, ad quem ὁ χρόνος actu σκιδνασθαι pervenit. VI. 6. 17. 421. 25. ἕκαστον ἐμερίσθη πρὸς ἕκαστον; μερίζειν πρὸς τι non est aliquid [in partes] disponere — id particula εἰς significatur — sed dividendo alicui aliquid tribuere, non dividere, sed distribuere.¹⁾

Vulgaris est usus πρὸς post verba opponendi ἀντιτάττειν, ἀντίθεσις; simili modo ἰστάναι adhibetur. III. 6. 14. 302. 28. οἶον ὅσα πρὸς ἥλιον πῦρ ζητοῦντες λαβεῖν ἰστάσι λεῖτα; πρὸς enim ad ἰστάσι spectat: ‘vasa soli opponunt,’ neque tamen scio an Fic. et M. aliter visum sit; Fic. nonnulli ad solem cupientes ignem accendere lenia quaedam soliaque opponunt. M. die an der Sonne Feuer auffangen wollen. VI. 5. 11. 396. 15. χρῆ καὶ πρὸς ταύτην τὴν ἀπειρίαν τῆς δυνάμεως ἀντιπαραθέουσαν ἀποδοῦναι φύσιν.

Iam hinc ad composita cum παρά pervenimus. IV. 5. 5. 109. 16. οἶον καὶ ὄστων κάμψεις πρὸς ἄλληλα παρατριβομένων; deinde, quae comparandi notionem induerunt²⁾: παραβάλλειν. VI. 3. 21. 353. 14; ib 12: παραβολή; idem I. 5. 5. 81. 7. sqq. ἡ παραβολή . . . γεγένηται . . . μὴ εὐδαιμονούντων . . . πρὸς εὐδαιμονούντα. παρατιθέναι. VI. 4. 5. 368. 31; παράθεσις III. 2. 7. 235. 11.

Deinde, ut in quibus vis movendi quaedam insit,³⁾ πρὸς assumunt vv. mutandi al. in al., ex altero in alterum statum deducendi, ad formam redigendi. VI. 6. 4. 402. 1. ἡμερῶν πρὸς νύκτας τῇ παραλλαγῇ. IV. 4. 32. 85. 19. ἀλλοίωσις τε πρὸς τὸ

¹⁾ cf. III. 8. 10. 344. 10. ἀρχῆς μενούσης καὶ οὐ σχεδασθείσης περὶ πάν; IV. 2. 1. 6. 9. ἐπὶ πάντα διεστηκότι. VI. 2. 10. 313. 5. ἐπὶ τὰ ἴσα μεριζόμενον; accus. sine praepositione: III. 3. 5. 257. 3.

²⁾ Hic alter modus comparandi, ut alterum alteri non adiungatur [συμβάλλειν], sed ut comparandi causa iuxta ponantur; quod autem eiusmodi verba vulgo dativum sibi sumunt, non ratio comparandi in causa est, sed cetera quoque vv. admovendi dativus plerumque sequitur, neque eum ipsius verbi παραβάλλειν prior pars repudiat.

³⁾ Testis ipse Plotinus est VI. 3. 21. extr. ὥστε εἶδος τι ἂν εἴη κινήσεως ἢ ἀλλοίωσις ἐκστατική τις οὕσα κίνησις. VI. 3. 22. imprimis p. 354. v. 16. sq. ἔστω δὴ ἡ κίνησις ὡς τύπῳ εἰπεῖν ἢ ἐκ δυνάμεως ὁδὸς εἰς ἐκεῖνο ὃ λέγεται δύνασθαι.

χειρόν ἢ βέλτιον.¹⁾ II. 5. 2. 167. 30. *περὶ δὲ τῆς ὕλης ἐπισκεπτέον εἰ ἕτερόν τι οὕσα ἐνεργεία δυνάμει ἐστὶ πρὸς ἃ μορφοῦται.* Fic. attractionem perperam solvit: *πρὸς ταῦτα* — sc. *δυνάμει ἐστί* — *οἷς*; cum Muellero interpretandum est: *δυνάμει ἐστὶ ταῦτα πρὸς ἃ μορφοῦται* i. e. quorum in formam redigitur. VI. 2. 4. 304. 10. sq. *τὸ σῶμα τὸ ἐν ἀπήρτιστο πρὸς τὸ ἐν καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν τοῖς ἅπασιν.* i. e. corpus ad unum perfectum est.

Iam hinc a verbis notione movendi aliqua induta ad indefinitam magis vim dirigendi verba nitendi, inclinandi, pertinendi transducunt, cum medium quendam inter illa locum obtinere videantur. *ἐρείδειν πρὸς* c. acc. VI. 6. 13. 413. 19; *στηρίζειν* VI. 8. 16. 500. 21; *νεῦσις* I. 6. 5. 91. 13; *σύννευσις* III. 8. 11. 345. 27. al., *ῥέπειν* III. 2. 4. 231. 28; VI. 7. 3. 429. 14; *ῥοπή* II. 1. 3. 122. 16; quibus propter cognationem addere liceat *γειτονεῖν* ab eoque derivata. IV. 3. 23. 36. 14 *γειτονοῦσα πρὸς τὸ κάτω* V. 1. 3. 164. 18. *τὸ ψυχῆς πρὸς τὸ ἄνω γειτόνημα.* V. 8. 7. 239. 14. *τῇ ἐν τῷ ὄντι πρὸς ἄλλο γειτονία.* Deinde verba pertinendi cum *πρὸς* affero: II. 3. 15. 146. 28. *ὑπεραίροντες οἶον τῇ κεφαλῇ πρὸς τὸ ἄνω; περαίνειν.* IV. 7. 6. 126. 25; *παρατείνειν* III. 6. 17. 305. 31. *παρετέτατο καὶ πρὸς πᾶν καὶ πάντα,* ubi cur M. verterit' *ausgedehnt im Verhältniss zum Ganzen,* non intellego; ib 22. *ἐκτεινόμενον πρὸς ἐκεῖνο παραταθῆ τῇ ἐκτάσει;* quo loco *πρὸς* ad utrumque verbum spectare videtur; *ἔκτασις* V. 3. 12. 195. 12; *συντείνειν* I. 4. 16. 79. 18. *τὰ μὲν πρὸς εὐδαιμονίαν συντείνοντα.*²⁾ *τάσις.* III. 5. 3. 271. 17.

Haec vero omnia, quamvis cui minus digna videantur, enumeravi, non quod novus sit atque insolens particulae directiva vi praeditae apud verba movendi inclinandi, pertinendi usus, sed

¹⁾ Hoc quoque verbum, ut cetera eius generis rarissime *πρὸς* sibi iungit; in eo autem exemplo. quod Lobeck ad Phryn. p. 447. affert, Arist. *πολ. ε* 10. 1313. a 7. *ἀπαρτίζειν πρὸς τι* significat: quadrare ad al; magis idoneum videtur esse frg. Aristot. apud Clem. Alex. *στρομ.* VI. 16. p. 290 Syllb. cf. Aristotelis qui ferebantur librorum fragmenta collegit Valentinus Rose. frg. 257. = Aristotelis opera ed. academia regia Borussica vol. V. 1525, a 26.: *φασὶ δὲ καὶ τὸ ἔμβρον ἀπαρτίζεσθαι πρὸς ἀκρίβειαν μὴν τῷ ἐκτῷ.*

²⁾ Ne hic quidem, cur metaphora statuenda sit usus praepositionis, causam video.

quoniam pleraque cognatam quidem praepositionem, sed non *πρός* sibi iungere solent, ut Plotinum prae ceteris huic favisse cognoscatur. Ad verba dirigendi priusquam aggrediamur, eorum mentio facienda est, quae cum notionem quiescendi alicubi continere et statum quendam significare videantur, tamen *πρός* cum accusativo assumunt; nos quidem dativum exspectamus. Attamen auctorem etiam cogitasse aliter, ac nos apparet; plus enim scribenti ratio movendi valebat, quae aut statum effecerat, aut in eum desiit, aut in ipso statu quodammodo viget. Sed exempla rem demonstrabunt. VI. 7. 23. 454. 3. *ἀνακαλούμενον ἐκ πάσης πλάνης, ἵνα πρὸς αὐτὸ ἀναπαύσαιτο*. III. 7. 6. 316. 10. *αὐτὸ τὸ μένον ὃ ἐστὶν ἐνέργεια ζωῆς μενούσης παρ' αὐτῆς πρὸς ἐκεῖνο καὶ ἐν ἐκείνῳ* V. 3. 10. 193. 1. *τὸ τοίνυν ἀδιάφορον πάντῃ αὐτὸ πρὸς αὐτὸ μένει*. i. e. ad se conversum in se conclusum est; probe Fic.: undique conquiescit; VI. 2. 11. 314. 29. *τὴν σφόδρα αὐτοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν συνουσίαν*. VI. 9. 11. 523. 32. *τὴν ἐκεῖ συνουσίαν πρὸς οὐκ ἀγάλματα*; cf. simillimum exemplum VI. 6. 15. 417. 32. *δυνάμει γὰρ μᾶλλον ταῦτα, ἐνεργεῖα δέ, ὅταν πρὸς νοῦν καὶ συνῆ* i. e. cum apud mentem sunt, vel potius: ad mentem pervenerunt et cum ea sunt. De sensu huius loci cf. I. 2. 6. 56. 7. sqq. [v. 9.] *διττὴ γὰρ ἑκατέρα* [sc. σοφία et φρόνησις] *ἢ μὲν ἐν νῶ οὔσα ἢ δὲ ἐν ψυχῇ. κ' αὖτε μὲν οὐκ ἀρετῆ, ἐν δὲ ψυχῇ ἀρετῆ*. Deinde VI. 8. 9. 489. 4. *οὔτοι δεῖ πρὸς τὸ ὄνομα ἵστασθαι*. i. e. non acquiescere debemus in nomine, vel . . . usque ad nomen progressi.¹⁾

¹⁾ Aliae quoque praepositiones eiusmodi inconcinnitatem, quae nobis videtur esse, efficiunt. cf. VI. 6. 1. 398. 15. *ὅταν ἀδυνατοῦν εἰς αὐτὸ μένειν* (int. se continere) *χέηται καὶ ἐκτείνεται σκιδνάμενον*; nec non, quamquam hoc aliud genus est: VI. 6. 18. 423. 15. *παρὰ γὰρ ταύτης μένει μὲν ζωῆ, μένει δὲ νοῦς, ἔστηκε δὲ ἐν αἰῶνι τὰ ὄντα*; duae videlicet sententiae in unam contractae sunt; vita originem ducit ex intellegibili essentia ibique manet; ita etiam Fic.: ab illa namque essentia penesque illam permanet vita. Quo loco librorum memoriam satis defendi censeo: III. 7. 4. 313. 12. sqq. [est scilicet de aevo] *οὐκ ἔξωθεν δὲ δεῖ συμβεβηκέναι νομίζειν τοῦτον* [sc. τὸν αἰῶνα] *ἐκείνη τῇ φύσει* [sc. intellegibili], *ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐκείνης καὶ σὺν ἐκείνη. ἐνορεῖται γὰρ ἐνοῦσα παρ' αὐτῆς, ὅτι καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα λέγομεν ἐκεῖ εἶναι ἐνυπάρχοντα ὁρῶντες λέγομεν ἐκ τῆς οὐσίας ἅπαντα καὶ σὺν τῇ οὐσίᾳ*.

Sunt denique, quae etiam propius ad meram dirigendi notionem adducant, cum ipsum statum quendam tendere aliquo vel stabilem esse directionem exprimatur. V. 5. 8. 215. 23. *ἐστήξεται μὲν γὰρ ὁ νοῦς πρὸς τὴν Θεαν.* i. e. fere: collocatum, intentum sese habebit ad intuitionem. Fic. in suspiciendo se sistet. III. 7. 11. 324. 31. sq. *ζωὴν . . . ἀκλινη̄ πάντη καὶ ἐν ἐνὶ καὶ πρὸς ἐν ἐστῶσαν.* cf. III. 7. 6. 315. 31. sq. V. 2. 1. 176. 15. *ἢ μὲν πρὸς ἐκεῖνο στάσις.*

Hic etiam *ἀπόστασις πρὸς τι* collocandum est. IV. 5. 7. 111. 16 sq. *ἐπεὶ καὶ εἰ πολλαπλάσια ἢ ἀπόστασις ἦν ἢ νῦν ἐστι πρὸς ἡμᾶς τοῦ ἡλίου . . .* et VI. 2. 5. 305. 13. sq. *ὄσῳ γὰρ πρὸς ἐν ἢ ἀπόστασις, τόσῳ καὶ πρὸς ὄν.*¹⁾

Sed iam de verbis, in quibus dirigendi vis inest, agemus; ac primum quidem locum vv. agendi obtinebunt, quibus *πρὸς* ita accedit, ut [a] aut in universum, quo actus tendat, significet, [b] aut directionem in obiectum, quod illo actu quodammodo afficitur, [c] aut intentionem in rem aliquam efficiendam. [a] I, 2. 6. 56. 21. *τὸ πρὸς νοῦν ἐνεργεῖν* Fic. se ad intellectum agendo dirigere. III. 5. 2. 270. 25., III. 5. 9. 280. 15., IV. 4. 2. 48. 25. [b] idem

etiam *ἐξ-σύν* bis opposita librorum integritatem commendant; cf. etiam III. 7. 6. 316. 10. parum recte igitur K. quique eum secuti sunt, *ἐν οὐσία παρ' αὐτῆ* scripserunt; libros autem *παρ' αὐτῆς* habere Vo. auctor est; M. ad verba *ἐν οὐσία παρ' αὐτῆ* adnotat *ἐνοῦσα παρ' libri*, quasi in iis *αὐτῆ* legerit; sed si legit, *αὐτῆς* facillima coniectura restituendum est. Ad *ἵστασθαι πρὸς τὸ ὄνομα* cf. VI. 7. 14. 444. 11. *ὅπου στήσεται εἰς εἶδος ἄτομον*; de divisione [*διαίρεσις*] agitur, quae usque eo instituitur, ubi in individuis consistit; VI. 7. 20. 451. 16. *τί οὖν στησόμεθα εἰς νοῦν*; recte Fic.: cur non . . . gradum in mente sistamus; denique V. 3. 4. 182. 31. *ἄρ' οὖν στήσεται μέχρι τούτων . . .*; nos scilicet *ἀνελθών* vel simile aliquid mente supplemus; sed movendi ratio in ipso verbo efficax est.

¹⁾ Eodem modo Aristoteles vv. *ἀπόστασις, ἀπόστημα πρὸς* addit. cf. Eucken. l. l. p. 72., qui usus explicandus videtur esse ex Graecorum diversa a nostra cogitandi ratione; nam cum nos si dicimus 'abesse ab al. re' intervallum ita metiamur, ut — liceat in priore exemplo stare — a sole ordientes ad nos pergamus, Graeci ab ipsis metientibus ordiuntur, progredientes hinc ad illum; id quod tritum et vulgare neminem offendit in vv. notionem 'prope' exhibentibus e. g. *ἐγγύς*.

ἐνεργεῖν, sed non prorsus eodem sensu: VI. 5. 6. 389. 7. *ἐνεργεῖ πρὸς τὸ ὅλον μετὰ τοῦ ὅλου καὶ ἐνεργεῖ πρὸς τὸ μέρος αὐτὸ μετὰ τοῦ ὅλου*. III. 6. 12. 299. 13. *οὐκ ἐν ἀλλήλοις τὰ πάθη ἔχόντων, ἀλλὰ πρὸς ἀλλήλα ποιούντων*. IV. 4. 32. 84. 28. *βλαβεράν δὲ ποιήσιν ἄλλου πρὸς ἄλλο*. VI. 2. 18. 320. 9. sqq. [*εἰ δὲ οὐκ ἄλλο τι τὸ καλὸν ἢ . . .*] *εἰ δὲ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ὀρῶντας τῷ τοιόνδε πάθῳ ποιεῖν ἐστι . . .* III. 3. 5. 257. 25. sqq. *οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ ποιεῖ πᾶν προσελθὸν παντὶ, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο πρὸς ἄλλο. οἶον καὶ τὸ τῆς Ἑλένης κάλλος πρὸς μὲν τὸν Πάριν ἄλλο εἰργάζεται, Ἰδομενεὺς δὲ ἔπαθεν οὐ τὸ αὐτό; atque alterum πρὸς ad εἰργάζεται spectat, alterum dubitari potest, sitne ad ποιεῖ, an ad προσελθὸν referendum.¹⁾*

Idoneum propter cognationem cum notione *ἐνεργεῖν* quod illis addatur est *ἄρχειν πρὸς τινα*. VI. 8. 20. 505. 29. sq. *πῶς οὐν ἄρχον οὐκ ὄντος πρὸς ὅ; ἢ τὸ ἄρχον ἐνταῦθα πρὸς τὸ πρὸ αὐτοῦ;* confirmatur enim activa verbi notio VI. 1. 21. 288. 8. *εἰ κατὰ κακίαν ἐνεργοῖ τις καὶ ἄρχοι εἰς ἄλλον ἀκολάστως;* et *εἰς* et *πρὸς* vim verbalem ad obiectum dirigunt. [c.] II. 3. 8. 140. 8. sqq. *συνεργοῦντα δὲ καὶ τὰ ἄστρα ὡς ἂν μόρια οὐ σμικρὰ ὄντα τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὸ ὅλον ἀριπρεπῆ καὶ πρὸς τὸ σημαίνειν ἐστί.²⁾* Sed hoc genus agendi iam ad finalem notionem

¹⁾ Nescio, an in priore parte enuntiati corruptela lateat; verba enim *τὸ αὐτὸ πρὸς ἄλλο* — *τὸ αὐτό* accusativus est pendens a *ποιεῖ* — ad sensum nihil pertinent. Plotinus demonstraturus non est: idem in alteram partem rerum idem efficere, in alteram non idem; sed: unumquodque aliud in aliud efficere. Antecedentibus verbis *οὐ γὰρ τὸ αὐτό . . .* satisfacit opposita sententia *ἀλλὰ ἄλλο πρὸς ἄλλο;* eaque sola insequentis exemplo probatur; cetera turbant locum; inde legendum esse suspicatus sum: *ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἄλλο πρὸς ἄλλο: τὸ αὐτό* nominativum intellegas; ita et M. et Fic. vertit: ‘sed quod idem est, aliud facit ad aliud’; sed cum mihi non prorsus certum staret, nihil mutare ausus sum.

²⁾ Hac in explicanda sententia interpretibus assentiri non possum. Fic. serviunt huic conferuntque [sc. universo] stellae ceu partes caeli non parvae, tum ad decoram totius formam, tum etiam ad significationis officium’; *ἀριπρεπῆ* igitur ad *τὸ ὅλον*, utrumque *πρὸς* ad *συνεργοῦντα* refert; aliter M. ‘die . . . eine grosse Zierde für das Ganze bilden, dienen auch für das Vorbedeuten; equidem facillimum

vergit, de qua alio loco dicendum est. Sequantur vv. agendi contra al. *ἐναντιοῦν* IV. 3. 20. 33. 6; *ἐναντίωσις* III. 1. 5. 221. 8;¹⁾ IV. 4. 10. 56. 23; nec non I. 4. 8. 73. 2. *πρὸς τὰ μὴ θελητά, ὅταν παρῆ ἀρετὴν . . ἔχει*. I. 4. 14. 77. 24. *γενόμενος δὲ ἐν ἀλληλόσι τὴν πρὸς ταύτας αὐτῷ πεπορισμένην δύναμιν ἀντιτάξει*. VI. 7. 4. 429. 19 sq. *πάλιν οὖν πρὸς ταύτην τὴν ἀπορίαν ἄνωθεν ληπτέον τὸν ἄνθρωπον ὅστις ἐκεῖνός ἐστιν*.

Dirigendi vim in verbo ζῆν vigere haec exempla demonstrant. VI. 7. 16. 446. 7. *ἔζη μὲν πρὸς αὐτό;* VI. 6. 18. 422. 28; *ζωή* V. 3. 16. 200. 29 sqq. *δῆλον ὅτι ζωὴ πρὸς ἐκεῖνο τούτῳ ἐξημμένη ἐκείνου καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχουσα ἐξ ἐκείνου καὶ πρὸς ἐκεῖνο ζῶσα.*²⁾ II. 9. 9. 195. 27. *διττὸς ὁ ἐνθαδε βίος . . . τοῖς μὲν σπουδαίοις πρὸς τὸ ἀκρότατον . . .*

Πρὸς directivum etiam ad *ἔχειν* accedit. IV. 4. 2. 49. 20. *ἔχοι ἂν ἀτρέπτως πρὸς νόησιν*, quamquam hic minus verbum *ἔχειν*, quam vis verbalis in *ἀτρέπτως* latens πρὸς desiderasse videtur. II. 2. 3. 132. 21. *πρὸς τὸ ἄνω ἑαυτὴν ἔχει* III. 9. 3. 349. 24. *πρὸς ἄλλο ἔχει τὴν νόησιν*.

Deinde *λαμβάνειν* πρὸς τι. II. 1. 7. 127. 31. *τὸ γεηρόν πρὸς τὸ χειρόν λαμβάνοντες*. i. e. in malam partem accipientes. cf. VI. 6. 2. 399. 20., II. 3. 16. 149. 5. *τῆς ὕλης . . τὰ παρ' αὐτῆς ποιούσης χεῖρω, κρατουμένης δ' αὖ οὐδὲν ἦττον πρὸς τὰ βελτίω*. i. e. materia forma ita superatur, ut aliquid boni evadat. Minus etiam astrictum quam illa conexum praepositionis cum verbo haec exempla exhibent, quae ex multis elegi; saepe verbum deest, a nobis suppletur. I. 4. 14. 77. 7. *ἀντισηκώσεως δὲ οἶον ἐπὶ θάτερα πρὸς τὰ ἄριστα γεγενημένης*. I. 7. 1. 97. 30. *πρὸς τὸν ἥλιόν ἐστι τὸ φῶς*. IV. 2. 1. 5. 4. *αἶ πρὸς τὴν περιφέρειαν γραμμαῖ*. IV. 8.

et sensui maxime idoneum esse censeo coniungi *συνεργοῦντα . . . πρὸς τὸ ὅλον* et *ἀριπρεπῆ πρὸς τὸ σημαίνειν*: stellae . . . ad universum conferentes, etiam insignes sunt ad significandi munus.

¹⁾ Henricum de Kleist [Philol. XLV. 1. p. 45.] vv. *αἶτε πρὸς τὰς κράσεις . . . λέγοιντο ἂν* recte delere verisimile est; attamen manum abstinui.

²⁾ Ultimum quod libri addunt verbum neque interpretes accurate reddiderunt, neque ego integrum esse credo; subiectum enim nihil aliud esse potest nisi 'ζωή'; sed vita non vivit sed vivitur; quod si delemus, haud insolita oppositarum praepositionum coniunctio efficitur: *ὑπόστασιν ἔχουσα ἐξ ἐκείνου καὶ πρὸς ἐκεῖνο*.

8. 152. 19. *πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἔχει τι καὶ τοῦ κάτω πρὸς τὸ σῶμα καὶ τοῦ ἄνω πρὸς νοῦν.* V. 5. 4. 211. 3. sqq. *καὶ ἡ ἐν τοῖς τοῦ ποσοῦ ἀριθμοῦ πρὸς τὸ ἐν τὴν ἀρχὴν αὐτῶν ἀπομιμουμένη τὴν ἐν τοῖς προτέροις ἀριθμοῖς φύσις πρὸς τὸ ὄντως ἐν . . τὴν ὑπόστασιν ἔχει,* etiam natura in rebus numeralibus — ‘numeralis’ de numero, quoad ad quantum pertinet — latens spectat ad unum, principium earum in prioribus numeris insitam imitans, atque conversione sua ad vere unum . . substantiam habet. V. 1. 6. 168. 21. sqq. *πάντα τὰ ὄντα ἕως μένει ἐκ τῆς αὐτῶν οὐσίας ἀναγκαίαν τὴν περὶ αὐτὰ πρὸς τὸ ἔξω αὐτῶν ἐκ τῆς παρούσης δυνάμεως δίδωσιν αὐτῶν ἐξηρητημένην ὑπόστασιν;* quae malo cum Muellero quam cum Ficino ita explicare: *πάντα τὰ ὄντα δίδωσιν ἐκ τῆς οὐσίας ὑπόστασιν ἀναγκαίαν | τὴν περὶ αὐτὰ πρὸς τὸ ἔξω αὐτῶν | ἐξηρητημένην ἐκ τῆς αὐτῶν παρούσης δυνάμεως.* Fic. enim parum recte utrumque ἐκ ad δίδωσιν refert, cum alterum cum αὐτῶν coniungendum ab ἐξηρητημένην pendeat.

Ut vero hoc loco πρὸς τὸ ἔξω, ita πρὸς [τὸ] ἄνω, κάτω, similia saepe inveniuntur. VI. 7. 27. 458. 12. *μετ’ αὐτὴν γὰρ πρὸς τὸ ἄνω.* IV. 7. 7. 128. 23. *τὸ πρὸς τὸ ἄνωθεν.*¹⁾

Hic etiam de loco agendum est, cui interpretes nondum satisfacisse mihi videntur; V. 8. 13. 247. 6. sqq. *ὁ οὖν θεὸς ὁ εἰς τὸ μένειν ὁσαύτως δεδεμένος καὶ συγχωρήσας τῷ παιδί τοῦδε τοῦ παντός ἄρχειν* — symbolice Saturnus [ὁ θεός — δεδεμένος] dicitur mens, filius eius, [παῖς] Juppiter, est anima mundi, pater est unum, bonum. — *ταῦτ’ ἀφ’ εἰς ἐστησέ τε τὸν αὐτοῦ πατέρα εἰς ἑαυτὸν καὶ μέχρις αὐτοῦ πρὸς τὸ ἄνω. ἔστησε δ’ αὖ καὶ τὰ εἰς θάτερα ἀπὸ τοῦ παιδὸς ἀρξάμενα εἶναι μετ’ αὐτὸν, ὥστε μεταξὺ ἀμφοῖν γενέσθαι τῆτε ἐτερότητι τῆς πρὸς τὸ ἄνω ἀποτομῆς καὶ τῷ ἀνέχοντι ἀπὸ τοῦ μετ’ αὐτὸν πρὸς τὸ κάτω δεσμῷ μεταξὺ ὧν πατρός τε ἀμείνωνος καὶ ἡττονος υἱέος.* Fic.: Saturnus . . patrem suum Caelium in se ipso firmavit et illuc usque se erexit in altum . . Sic itaque tenet inter utrumque medium, tum quia alteritate quadam paterna secat, tum quia ab inferioribus abstinet in sublime consurgens, dum fingitur ab inferiori cura

¹⁾ de ἄνωθεν pro ἄνω cf. VI. 3. 21. 352. 25. ἔξωθεν quotiescumque cum genetivo inveni, toties pro ἔξω. cf. III. 7. 11. 326. 30., IV. 3. 1. 10. 12., IV. 3. 17. 29. 25., VI. 1. 10. 276. 13., VI. 2. 5. 306. 4. al. cf. Bonitz ind. Aristot., Lobeck ad Phryn. p. 128.

vinculis cohiberi'; cogitat enim de fabula illa notissima; cf. eiusdem argumentum huius capituli: 'intellectus divinus, qui et Saturnus cognominatur, castrat Caelium, id est ipsum bonum.' Sed de suo addidit, mutavit, Graeca non reddidit; ac ne Mueller quidem, nam ubi sunt 'dehnte sich bis zu ihm hin aus' et 'durch sein Anderssein von dem Oben losgerissen', et 'sich fernhält von der Fessel, die ihn herabzieht?' Creuzer autem, Ficini, ut videtur, verba spectans adnotat 'fortasse scribendum τῷ πρὸς τὸ κάτω δεσμῶ, sed vereor ne maius vitium insit.' M. et Vo. coniecturam Kirchhoffii δεσμοῦ receperunt; codd. enim auctore Volkmano δεσμῶ exhibent, M. ad δεσμοῦ nihil addit. Sed primum quidem non bene se habent verba ἔστησέ τε τὸν αὐτοῦ πατέρα εἰς ἑαυτὸν καὶ μέχρις αὐτοῦ πρὸς τὸ ἄνω; interpretes necessitate coacti post καὶ aliquid inseruisse videntur, veluti ἔστησεν ἑαυτήν; et id vel simile aliquid sensu flagitatur; inde scribendum esse arbitror: ἔστησέ τε τὸν αὐτοῦ πατέρα εἰς ἑαυτὸν καὶ ἑαυτὸν μέχρις αὐτοῦ πρὸς τὸ ἄνω. Deinde quod ad ἑτερότητι τῆς πρὸς τὸ ἄνω ἀποτομῆς: M. πρὸς τοῦ ἄνω vertisse videtur, πρὸς τὸ ἄνω non vertit; coniecturam vero facile quidem, sed temere quisquam adhibeat. Haec enim sententia cum antecedenti arte conexa est, altera alteri opposita; si hac [τῆ τε ἑτερότητι τῆς πρὸς τὸ ἄνω ἀποτομῆς] condicio medii [sc. Saturni] ad superius significatur, illa [καὶ τῷ ἀνέχοντι . . . δεσμῶ] ad inferius, et contra. Prior autem vocabulo δεσμοῦ turbari et plane obscurari mihi videtur; ita enim dativus ἀνέχοντι in suspensio est, neque eum verterunt, sed ἀνέχειν, quae promiscue usurpari posse apud Plotinum mihi probatum non est. Sed vocabulum ἀνέχειν quid est hoc loco? activum ἀνέχειν non significat se abstinere, sed aut retinere, detinere, aut prominere. Illud si accipimus sententia haec est: 'quod ab inferioribus eum detinet'; sed idem alia ratione iam supra dictum est: τῆς πρὸς τὸ ἄνω ἀποτομῆς, quae aliter verti non possunt nisi: recessus ad superiora; ergo hoc loco contraria sententia desideratur, quae altera notione 'prominere' expeditur. Hic vero vocabuli usus, quamquam eum apud Plotinum nullo alio loco inveni — sed ne altera quidem exstat significatio — satis vulgaris est de sole oriente et de terra in mare prominente; hanc igitur adhibendam esse censeo notionem, atque tota sententia haec est: patrem suum in se posuit et se sursum usque ad illum; posuit autem, quae in alteram partem vergunt deinceps inde a

filio sequentia, post eum; itaque medius factus est inter duo: [sc. τὸ ἄνω et τὸ κάτω] ex altera parte alteratione sui ad superiora recessus [sive separationis sc. ab inferioribus], ex altera vinculo prominente ex eo, quod ad inferiora versus post eum est. [prominente sc. usque ad eum, ad superiora]'. Saturnus igitur sive mens et seiunctus est ab inferioribus, ad superiora se recipiens, et coniunctus cum illis; neque supra, neque infra, sed in medio collocatus. ¹⁾

Restat, ut afferam, quomodo πρὸς cum accusativo propemodum in adverbii formam concreverit, ita tamen, ut dirigendi ratio appareat. II. 9. 13. 203. 10. τὸ κακὸν [sc. προσήκει] μὴ νομίζειν ἄλλο τι ἢ τὸ ἐνδεέστερον εἰς φρόνησιν καὶ ἔλαττον ἀγαθὸν καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ σμικρότερον, recte Fic. deincepsque procedendo semper in minus. III. 7. 11. 326. 25. si quis, ait Plotinus, ex aevo notionem temporis comparando deducere vult, cum alia necesse est statuatur, tum ἀντὶ (δὲ) ἀπείρου ἤδη καὶ ὅλου τὸ εἰς ἄπειρον πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἀεὶ. IV. 3. 17. 30. 3. χειμαζομένων πλοίων κυβερνῆται ἐναπερείδονται πρὸς τὸ πλεόν τῆ τῶν νεῶν φροντίδι i. e. incumbunt navibus regendis ita, ut eorum cura quasi ad maiorem gradum augeatur. V. 3. 8. 189. 28. ὄρᾶν δύνασθαι ἀμηγέπη ἐκεῖνον [sc. τὸν νοῦν] διὰ τῆς ἐκείνῳ πρὸς τὸ ἀκριβέστερον ὁμοιωμένης. [sc. ψυχῆς.] τὸ ἀκριβέστερον autem quasi gradus videtur esse, ad quem τὸ ὁμοιοῦσθαι ascendat.

Dirigendi vim πρὸς prae se fert etiam cum verbis dicendi, videndi, cogitandi copulatum, cuius generis, omissis nimis vulgaribus haec affero. ἀτενίζειν πρὸς τι. VI. 5. 12. 397. 10. ἢ που ἐπιβαλὼν ἢ πρὸς τι ἀτενίσας. ²⁾ εὔχεσθαι. V. 1. 6. 167. 30. φιλονεικεῖν. VI. 1. 28. 296. 9. ἀπορεῖν. IV. 5. 4. 108. 18. πρὸς ἣν [sc. ὑπόθεσιν] καὶ ἐν ἄλλοις ἠπόρηται.

¹⁾ His cum Plotini verbis non modo, quae Creuzer. ed. vol. III. p. 311. sq. laudat verba Procli ad conferendum idonea sunt, sed magis etiam quae leguntur. p. 68. sq. ὅτι τριῶν ὄντων . . . et p. 94. ὅτι ὁ δημιουργός . . . cf. Ἐκ τῶν Πρόκλου σχολιῶν εἰς Πλάτωνος Κράτυλον ἐκλογαί. ed. Jo. Fr. Boissonade. Lipsiae 1820. p. 68. sq.

²⁾ IV. 7. 10. 138. 26. πρὸς τὸ θεῖον ἀναβὰς καὶ τὴν πρὸς αὐτὸ ὁμοιότητα ἀτενίσας; ita ll; sed K., quem ceteri secuti sunt, post καὶ inseruit εἰς coniungendum cum ἀτενίσας, neque tamen necessarium

ἀπορία IV. 4. 39. 94. 16; ἄπορος. IV. 4. 15. 61. 3: ἐκεῖνο δὲ ἄπορον πρὸς τὰ νῦν ἅπαντα εἰρημένα; quibus addere liceat: IV. 4. 2. 48. 21. πρὸς δὲ ταῦτά τις ἀναμνησθήτω ὡς . . ., adversus difficultates huius quaestionis memor quispiam sit . . . [sc. ita rem se habere . . .] ¹⁾ IV. 4. 30. 81. 22. ἀπολογήσασθαι πρὸς [τὰς ἀπορίας] τὰς κατὰ Θεῶν; II. πρὸς τὰς κατὰ . . . VI. ἀπορίας inseruit, sed malim, quo corruptela facilius explicetur τὰς ἀπορίας τὰς . . . VI. 9. 11. 523. 13. δηλοῦν πρὸς ἄλλον. V. 5. 6. 213. 23. συμβολικῶς πρὸς ἀλλήλους ἐσήμαινον. III. 8. 6. 339. 1. τὸ παρ' αὐτοῦ πρὸς ἄλλον ἀποφαίνειν. VI. 6. 7. 406. 7. πιστούμεθα δὲ πρὸς τοὺς τεθναμακότας, fidem facimus mirantibus, persuademus eis; V. 3. 3. 180. 20. εἰ μὴ ἄρα πρὸς ἑαυτὴν διαλογίζοιτο 'τίς οὗτος'. VI. 9. 11. 524. 4. περινόησις πρὸς ἐφαρμογήν. neque alienum huic loco videtur esse V. 1. 12. 175. 21. εἴ τις τὸ οὖς ἐγείρει πρὸς τὸ ἄμεινον τῶν ἀκουστῶν.

Hinc facilis est transitus ad verba cupiendi et similia. Praemittatur tamen ambiguum exemplum, quod etiam ad βλέπειν πρὸς τι respicit. IV. 4. 32. 85. 22. sq. Plotinus ita fere disserit: Universum non modo unum esse, sed etiam multa; inde partes eiusdem, quoad quaeque unum sit, integras servari universo, quoad multae sint, cum secundum suam quaeque naturam agat, inter se nonnumquam se laedere, sed ita quoque ad universum,

est; quamquam enim ἀτενίζειν semper praepositionem secum habet, hic omnino non ad casum referendum, sed sui iuris est atque solutum; accusativus ὁμοιότητα pendet a priore πρὸς. cf. I. 6. 9. 96. 3. ἀναβεβηκῶς μηκέτι τοῦ δεικνύντος δεηθεὶς ἀτενίσας ἰδέ. VI. 2. 8. 308. 23. sq. ἴδε δὴ νοῦν καθαρόν καὶ βλέπον εἰς αὐτὸν ἀτενίσας; neque video cur VI. 4. 7. 371. 11. librorum εἴση [auct. M.] non tenendum sit, aut si codd. [auct. Vo.] εἴση habent, hoc non in εἴση potius mutandum sit, quam cum Vitringa et Volkmanno in εἶς.

¹⁾ Interpretibus alia placuerunt. Fic. quo enim modo circa haec quispiam memor sit? M.: nach folgender Analogie also mag sich wohl einer erinnern; sed haec difficiliora credo esse quam veriora; verba scilicet: ἢ οὐδὲ ἑαυτοῦ ἔξει τὴν μνήμην, οὐδ' ὅτι αὐτὸς ὁ Θεωρῶν, οἶον Σωκράτης, ἢ ὅτι νοῦς ἢ ψυχὴ, si quid video, ipse sibi respondet is, qui quaesivit: ἑαυτοῦ δὲ πῶς; sc. μνήμην ἔχει; hac de sententia Plotinus in sequentibus copiosius disserit.

unum, perfectum, absolutum efficiendum concinere; causam autem hanc addit *ἐπέπερ οὐχ οἶόν τε ἦν ἕκαστα οὕτως ἔχειν, ὡς μόνα ὄντα, οὐδὲ πρὸς αὐτὰ τὸ τέλος εἶναι καὶ βλέπειν μέρη ὄντα, ἀλλὰ πρὸς ἑκεῖνο*. Fic. ut ad se ipsa fines essent. Sensus hic est: singula τὸ τέλος non in se habent, non ipsa τέλος sunt, quo tendant, sed universum; exspectamus videlicet οὐδ' αὐτὰ τέλος ἐστὶ πρὸς ὃ vel οὐδὲ πρὸς αὐτοῖς τὸ τέλος sc. est. Aut igitur hoc quoque loco vis tendendi et in τέλος latens et in toto enuntiatio inclusa, quam etiam insequens βλέπειν πρὸς c. acc. sibi postulans continet, effecit, ut altera cogitatio 'τέλος in se habent' altera 'spectant ad se ut τέλος' opprimeretur, aut τέλος cum v. εἶναι in unam quasi tendendi notionem concrevit. ¹⁾

Vulgaris est usus vv. *ἔφ ε σ ι ς π ρ ὸ ς τ ι*. VI. 9. 11. 524. 3. ὄρεξις IV. 4. 35. 89. 26. σπουδὴ IV. 4. 44. 98. 23. al. ὄρμη. II. 3. 13. 143. 29. al. ²⁾ Non item *γοητεύεσθαι πρὸς τ ι*.

¹⁾ Alium cogitandi anfractum invenimus: VI. 6. 13. 414. 12. sqq. *τὸ ἐν μᾶλλον καὶ κυριώτερον ἐν τε τοῖς αἰσθητοῖς αὐτοῖς διάφορον κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς ὀρῶντας εἶναι κατὰ πάντα τοὺς τρόπους εἰς ἀναφορὰν μέντοι ἐνὸς εἶναι φατέον*. Fic. ad ipsum unum denique cuncta referri; neque aliter verba explicari possunt, quae correpta esse videntur ex ἀναφορητέους μέντοι [sc. τρόπους] εἰς ἐν vel ἀναφορητέον [sc. τὸ ἐν omnibus modis existens]; scribentis in mentem venit pro verbo substantivum adhibere; hoc cum εἰς, quod iam in animo habebat, coniunctum genetivum secum adduxit.

²⁾ Hic locus, nisi omnia fallunt, medela eget: *τῷ δὲ ὄλω πάντη ἄτε μέρη ὄντα αὐτοῦ τὰ πάντα συντέταχται φύσιν μὲν λαβόντα ἦν ἔχει καὶ συμπληροῦντα τῇ οἰκείᾳ ὁμῶς ὄρμη πρὸς τὸν ὅλον τοῦ παντός βίον*. Universum, disserit Plotinus, omnia continet, partes suam quaeque propriam naturam; omnes tamen cum universo ita conexas sunt, ut earum conspiratione et impetu quodam unanimo ad illud compleatur. Hunc vero quem interpretes agnoscunt sensum, tradita verba non probe reddunt; πρὸς aut cum συμπληροῦντα aut cum ὄρμη coniungendum est; illud pugnat cum natura v. συμπληρεῖν, quod cum non 'conferre' sed 'complere' significet, accusativum postulat; ergo πρὸς ad ὄρμη referendum est; offendit tamen πρὸς τὸν . . . βίον, non ad vitam universi partes tendunt sed ad universum; deinde ad συμπληροῦντα accusativus desideratur; quem si φύσιν intellegi-

IV. 4. 44. 98. 17. *μόνη δὲ λείπεται ἢ θεωρία ἀγοήτευτος εἶναι, ὅτι μηδεὶς πρὸς αὐτὸν γεγοήτεται.* Quamquam autem dubius eram, essetne *πρὸς* cum *γοητεύεσθαι* coniungendum an cum *μηδεὶς*, ut hic sensus efficeretur: nemo, cui secum solo condicio est, — conferas enim v. 5. sq. *πᾶν γὰρ τὸ πρὸς ἄλλο γοητεύεται ὑπ' ἄλλου, πρὸς ὃ γὰρ ἐστίν, ἐκεῖνο γοητεύει καὶ ἄγει αὐτό, μόνον δὲ τὸ πρὸς αὐτὸ ἀγοήτευτον.* — tamen, quae sequuntur, illud probabilius reddiderunt. *γοητεύεσθαι* significat illecebra quadam magica trahi desiderio et cupidine obstrictum; sed *πρὸς* perraro videtur verbo additum esse; equidem praeter hunc unum locum inveni.¹⁾

ὠδίνειν. IV. 6. 3. 117. 25. *ἐτοίμης οὔσης καὶ (πρὸ) οἶον ὠδινούσης πρὸς αὐτὰ τῆς δυνάμεως.* Fic. quippe cum vis animae etiam prius ad id praeparata sit eademque parturiat; *πρὸ*, quod ineptum ll. inserunt, ut 'male ex superscripto versu *καὶ πρὸ* repetitum' Vo. delevit, M. servavit neque tamen vertit.²⁾

Iam sequuntur, in quibus *πρὸς* affectus, habitus directionem significat, quorum in numero recipienda sunt *οἰκεῖος* et cognata. Quamquam enim inter notiones 'proprius, similis, familiaris', quae omnes etiam apud Plotinum exstant, fluctuant, tamen, si *πρὸς* assumunt, notio familiaritatis praevalet ita, ut vis quaedam accedat inclinandi, se applicandi ad id, quod *οἰκεῖον*, vel cui se *οἰκεῖον* esse quisquam sentit aut cupit. Itaque uno vocabulo *οἰκεῖος* non bene reddi potest; id quod ipse Ficinus profitetur, cum notiones, inter quas fluctuat, identidem coniungat: 'proprius et familiaris.' III. 5. 1. 268. 5. sq. *ὅτω δὲ τις ἄγεται καὶ ἔστι συγγενής,*

mus, nescimus, quid complementi naturae partes ex desiderio vitae universi nanciscantur. neque illa sententia si ipsa per se probata esset, hoc loco accommodata esset sensui. Expediuntur autem difficultates hac emendatione: *συμπληροῦντα τῇ οἰκείᾳ ὁμῶς ὁρμὴ πρὸς τὸ ὅλον τὸν ὅλον τοῦ παντός βίον.*

¹⁾ Laudatur ab Ernestio Eunap. de Jambl. p. 22. *οὔκουν κατέχει τὸν ἀχροατὴν καὶ γοητεύει πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν*, lectorem non detinet, non obrepat illecebris quibusdam et ad lectionem invitat. cf. Lex. techn. Graec. rhet. congressit . . . Jo. Chr. Theoph. Ernesti. Lips. 1795. p. 65. et Eunapii Sardiani vitae sophistarum Graece et Latine denuo ed Jo. Fr. Boissonade. Parisiis 1849.

²⁾ In mentem venit *καὶ πρώϊον ὠδινούσης.* cf. Aristot. *περὶ τὰ ζῷα ἱστορίαι* ε. 9. 543. a. 9. ib. ε. 13. 544. a. 28.

τούτου οἰκείωται καὶ πρὸς τὰς εἰκόνας. Fic. ad imagines quoque eius quasi affines afficitur; IV. 4. 44. 98. 30. sq. αἱ δὲ τῶν χρειωδῶν χάριν τὴν τῆς φύσεως ἔνδειαν ζητοῦσαι ἀποπληροῦν φανερώς ἔχουσι τὴν τῆς φύσεως βίαν πρὸς τὸ ζῆν οἰκείωσαν. ostendunt ipsam naturae vim nos studio vivendi prorsus conciliantem; cf. IV. 4. 4. 99. 8. deinde III. 5. 1. 268. 19. sq. καὶ σώφροσι μὲν οὓσιν ἀναμάρτητος ἢ πρὸς τὸ τῆδε καλὸν οἰκείωσις, in quibus exemplis notionem 'proprius' non cognoscimus. cf. VI. 7. 27. 458. 19 et 25. Neque dubito, quin etiam adiectivum οἰκείος eodem modo accipiendum sit. VI. 7. 28. 459. 16. ἄρ' οὖν ἔτι τὸ οἰκείον πρὸς τὸ κρεῖττον τὸ ἀγαθὸν ἔσται; Muelleri interpretationem me non intellegere fateor; illi vero ut ceteris eiusdem generis verbis, vestigium quoddam subesse cupiendi, se applicandi sequentia commendant: ἀλλ' οὐχ ἢ κακία ἦν ἢ αἰρουμένη . . . πῶς τοῦτο τὸ ἀγαθὸν αἰρήσεται; Iam ad alia pergamus. IV. 4. 28. 77. 5. sq. τὰ τε θηρία πρὸς τὰς κράσεις οὐδενὸς ἄλλον, ἀλλὰ πρὸς τὸ δοκηθὲν λυμήνασθαι τὰς ὀργὰς ἔχουσιν. animalia secundum mixtiones nullius alius [sc. partis nisi sanguinis et bilis] irascuntur, sed in id, quod laesurum esse videtur.¹⁾ IV. 4. 35. 89. 17. θυμὸς πρὸς ἕτερον sc. ἐστίν.

¹⁾ Nuper H. de Kleist, Plotin. Stud. p. 102. locum ita emendare conatus est, ut p. 77. 6. verba ἀλλὰ πρὸς τὸ δοκηθὲν λυμήνασθαι deleret, p. 76. 29. post ὀργιζόμεθα insereret τὰ τε θηρία καὶ πρὸς τὸ δοκηθὲν λυμήνασθαι τὰς ὀργὰς ἔχουσι, quae interpretatur: dass ferner die tiere nicht allein wegen wirklicher, sondern auch wegen nur drohender misshandlungen und schädigungen ergrimmen. Atque si p. 76. 29. cum eo fecimus, quomodo p. 77. 6. verba irrepserint, facile explicatu est; neque tamen quomodo fieri potuerit, ut eadem fere verba, sed non eadem, illic ommitterentur, hic inculcarentur. Atque ea, quae V. D. p. 76. 29. inserta vult, ne sensui quidem satisfacere videntur. Plotinus de ira disserens opponit argumentum, quo ira ad τὸ σωματικώτερον — καὶ πρὸς τὸ συνέχον [p. 77. 6. sq.] reducitur, ei, quo demonstratur: καὶ αἰσθήσεως δεῖ καὶ συνέσεώς τινος ἐν τῷ ὀργίζεσθαι; illud est: irascimur pro varia corporis condicione, pro sanguinis et bilis natura; hoc: irascimur non modo in ea, quae corpus, sed etiam quae propinquorum quisquam patitur, et quae iniuste fiunt. Quod si his adduntur: τὰ τε θηρία καὶ πρὸς τὸ δοκηθὲν λυμήνασθαι τὰς ὀργὰς ἔχουσι, hoc argumentum, si quid video, iis adnumerandum est, quae corporalem irae originem defendunt: animalia irascuntur secundum sanguinis et bilis naturam, nihil curant

II. 9. 16. 206. 24. τὸ φιλεῖν πρὸς ὀτιοῦν. φιλία: VI. 7. 24. 455. 25; ἔρωσ. VI. 6. 7. 406. 9. cf. VI. 7. 21. 452. 14; εὐμενῶς. II. 9. 9. 197. 4; τιμὴ II. 9. 16. 206. 23: ἡ πρὸς τοὺς νοητοὺς λεγομένη αὐτοῖς τιμὴ. [veneratio.] ἀσέβεια III. 2. 6. 245. 11; ὑποψία VI. 7. 31. 463. 12; ὑποψίαν ἔχει πρὸς αὐτά. αἰδώς. II. 9. 10. 198. 20. αἰδῶς γάρ τις ἡμᾶς ἔχει πρὸς τινὰς τῶν φίλων. δικαιοσύνη. III. 2. 9. 238. 19.

Haec omnia ab usu relativo vel modali bono consilio seiunxi; ipsa enim vocabula verbalem quandam vim et efficientiam continent, quae particula πρὸς ad obiectum dirigitur.

[Usus temporalis] perpaucis absolvitur; unum exemplum habeo, quod afferam I. 5. 10. 83. 24. ὁ πρὸς ὀλίγον εὐδαίμων; vis particulae eadem est, dirigendi vel pertinendi notionem fulcit. Vicario munere particulae πρὸς funguntur εἰς et ἐπί c. acc.

[Usus finalis.] Deinde, quae sequuntur, si cui in usum finalem comprehendenda videntur esse, concedo. Nos quidem ad finalem notionem sponte deducimur, ordientes inde a verbis cum cupiendi, tum agendi, si quidem obiectum eorum, quo vis verbalis tendit, finem agendi cogitamus. Itaque finalem notionem iam in σύμφορος πρὸς τι similibusque statuere possumus, deinde in συνεργεῖν s. l. συνεργὸς πρὸς τι II. 1. 3. 121. 24; etiam V. 1. 1. 162. 11. πρὸ ἔργου πρὸς ἐκεῖνον.

Ad ea proxime accedunt χρήσιμος IV. 3. 16. 28. 25; VI. 2. 19. 321. 16; et cognata χρῆσθαι III. 7. 9. 322. 13. χρεία IV. 7. 8. 129. 17; δεῖσθαι. II. 3. 6. 138. 14. ὧν πρὸς ἀλλήλους δέονται. II. 4. 5. 154. 21. III. 7. 6. 316. 30; ἐνδεής. V. 3. 13. 196. 24. al.; deinde ἐπιτήδειος VI. 4. 15. 380. 31. et simili notione praeditum ἀριπρεπής II. 3. 8. 140. 10. cf. p. 50. an. 2., contraria autem ἐμπόδιος I. 6. 9. 95. 26; VI. 9. 7. 518. 8. al.; ἐμποδίζειν I. 4. 5. 69. 3; κώλυμα II. 9. 8. 195. 4. Porro ἰκανός. I. 2. 4. 54. 5; ἀντάρκης V. 3. 8. 189. 12. ἀρκεῖν. II. 9. 5. 190. 6; V. 7. 1. 228. 23; al. Haec autem excipiunt δυνατός. IV. 4. 37. 92. 15. III. 8. 4. 336. 10: πρὸς τὰς μαθήσεις καὶ θεωρίας ἀδυνάτως ἔχοντες. δύναμις. VI. 7. 7. 434. 2. al. ἀδυναμία I. 8. 14. 112. 31.; eodem spectant: I. 8. 8. 108. 29.

ὑπὲρ ὧν ἂν τις παρὰ τὸ προσῆκον ποιῇ, sed unum τὸ δοκηθὲν λυμῆνασθαι; nostram denique interpretationem non temere addito ἀλλά [p. 77. 6.] credo commendari.

ἀμβλύτεροι δὲ καὶ πρὸς τὸ κρίνειν. IV. 6. 3. 119. 1. πρὸς τὰς αἰσθήσεις ἀσθενέστεροι καὶ πρὸς τὰς μνήμας ὡσαύτως.

Facultatis quaedam notio, cuius ad perfectionem et finem facultatis inclinationem πρὸς sustinet, in his quoque inclusa est: IV. 4. 32. 84. 24. [οὐδὲν οὕτω πόρρω τόπω, ὡς μὴ ἐγγὺς εἶναι] τῇ τοῦ ἐνὸς ζώου πρὸς τὸ συμπαθεῖν φύσει., quae cum Ficino malo explicari: 'nihil ita remotum est loco, quin propinquum sit ob naturam unius animalis ad compassionem comparatam', quam cum Muellero, qui πρὸς solutum accepit: um durch die Natur des einheitlichen Organismus in Mitleidenschaft gezogen zu werden; quamquam enim inter duas has sententias diiudicare non facile est, nostra tamen collocatione verborum valde commendatur; IV. 3. 12. 25. 23. sqq. [Altius repetendum est, quoniam de quibus potissimum agitur, quaeque non omnibus eodem modo placuit esse interpretanda, sine antecedentibus intellegi non possunt;] est scilicet de animis: *κάτεισι δὲ εἰς ἑτοιμον ἐκάστη καθ' ὁμοίωσιν τῆς διαθέσεως. ἐκεῖ γὰρ ᾧ ἂν ὁμοιωθεῖσα ἦ φέρεται, ἡ μὲν εἰς ἄνθρωπον, ἡ δὲ εἰς ζῶον ἄλλη ἄλλο. τὸ γὰρ ἀναπόδραστον καὶ ἡ δίκη οὕτως ἐν φύσει κρατούση ἵέναι ἕκαστον ἐν τάξει πρὸς ὃ ἔστιν ἕκαστον γενόμενον εἶδωλον προαιρέσεως καὶ διαθέσεως ἀρχετύπου, καὶ ἔστιν ἐκεῖ πᾶν ψυχῆς εἶδος ἐκείνου πλησίον, πρὸς ὃ τὴν διάθεσιν τὴν ἐν αὐτῇ ἔχει;* ultima autem, quae huc pertinent, veritas: quaeque animae species ibi [i. e. ubi animae, priusquam descendunt, versantur.] propinqua ei est, ad quod naturam suam comparatam habet; itaque Fic. rectius quam M. videtur sensisse 'nach dem sie ihre Beschaffenheit hat'; sed hic ne antecedentia quidem bene interpretatus esse; certe equidem non intellego: wonach ein jedes ordnungsgemäss zu dem geht, dem entsprechend es ein Bild seiner ursprünglichen Wahl und Beschaffenheit geworden ist; attractionem solvendam esse censeo: *ἵέναι . . . πρὸς τοῦτο ὃ . . . γενόμενον;* totam sententiam sic intellego: natura unumquodque cogit in ordine ad id procedere, quod factum simulacrum est praedestinationis et dispositionis principalis; sive: unumquodque, ubi id factum est, ad quod secundum legem naturae procedit, simulacrum est suae praedestinationis; praedestinatio scilicet ut archetypum in se id habet, ad quod transire praedestinatum est; ergo si quid transit, id, in quod transit, illius archetypi simulacrum est; ita etiam H. v. Kleist ll. p. 50 et Bouillet interpretari videntur. Sed ad propositum

redeamus: ΠΙ. 6. 2. 283. 16. ἡ δὲ ἐνέργειά ἐστιν οὐκ ἀλλοίωσις, ἀλλ' ἅμα προσῆλθε πρὸς ὃ ἔχει τὴν οὐσίαν i. e. ad quod naturam comparatam habet. IV. 3. 26. 40. 23 sq. Plotinus ad suam de memoria defendendam sententiam, animae illam esse, non animae et corporis, adversariorum cum alia refutat argumenta, tum hoc: τί οὖν εἰ αὐτὴ μὲν μνημονεύει, τῷ δὲ ἐν σώματι εἶναι τῷ μὴ καθαρά εἶναι, ἀλλ' ὥσπερ ποιωθεῖσα, ἀναμάττεσθαι δύναται τοὺς τῶν αἰσθητῶν τύπους καὶ τῷ οἶον ἔδραν ἐν τῷ σώματι πρὸς τὸ παραδέχεσθαι . . ; atque πρὸς quo referendum sit, apparet; desideramus tamen verbum, a quo ἔδραν pendeat; quare M. post ἔδραν ἔχειν inseruit. ¹⁾ VI. 7. 34. 467. 8. σχολὴν ἄγει πρὸς αὐτά.

His addi possunt, quae paratum esse aut reddere significant. ἔτοιμος πρὸς τι. I. 3. 1. 58. 25. ἔτοιμοι . . . ὥσπερ οἱ δειλοὶ πρὸς τοὺς ψόφους, οὕτω καὶ τοῦτον πρὸς τοὺς φθόγγους i. e. parati, prони ad percipiendum; contrarium ἀνειμένος. IV. 4. 28. 77. 4. ὅταν οἱ μὲν ζέοντες αἵματι καὶ χολῇ ἔτοιμοι εἰς τὸ ὀργίζεσθαι ᾧσιν, ἀνειμένοι δὲ πρὸς ὀργὰς οἱ ἄχολοι λεγόμενοι καὶ κατεψυγμένοι. i. e. minus intenti. ἐτοιμάζεσθαι. IV. 6. 3. 118. 9. ῥώννυσθαι. IV. 6. 3. 117. 26. ὅταν τοίνυν ῥωσθῆ [sc. ἡ ψυχῆ.] πρὸς ὀτιοῦν τῶν φανέντων. ib. 118. 18. ταῦτα γὰρ μαρτυρεῖ πρόκλησιν τῆς δυνάμεως καθ' ἣν μνημονεύομεν τῆς ψυχῆς ὡς ῥωσθείσης ἢ ἀπλῶς ἢ πρὸς τοῦτο; παρασκευῆ. IV. 6. 3. 119. 6; VI. 6. 10. 408. 30. γυμνασία. IV. 6. 3. 118. 29. μελετᾶν. IV. 6. 3. 118. 18: ὅταν δὲ δὴ οὐ μόνον πρὸς ἃ ἐμελετήσαμεν τὸ τῆς μνήμης ἡμῶν παρῆ . . int. οὐ μόνον τούτων πρὸς ἃ . . . ; πρὸς cum ἐμελετήσαμεν coniungendum est. cf. εἰς. ib. 118. 5.

¹⁾ Facilius, credo, locus ita sanatur: τῷ οἶον ἐν ἔδρα τῷ σώματι sc. εἶναι, quod v. 24. bis positum hic iure supprimitur; ἐν post οἶον omissum cum superscriptum esset, non suo loco receptum est; eisdem fere verbis Plotinus identidem utitur cf. IV. 3. 20. 32. 26. ib. p. 33. 10. et 13. Aliud quoque in mentem venit, scribendum esse: τῷ οἶον ἐδριᾶν ἐν τῷ σώματι, quod facillimum est et vocabulo οἶον commendatur; nolui tamen vocabulum poëticum, quod apud Plotinum non inveni, ei tribuere. Denique quod Vo. cum Vi. ante μνημονεύει inseruit μή non necessarium est; sententia autem dilucidior fit, si τῷ δὲ ἐν σώματι εἶναι [v. 24.] vertimus: aber nur dadurch dass . . .

Denique, quae minus distinctam notionem continent ‘adesse, praesto esse alicui’: II. 5. 5. 171. 25 sqq. ἃ γὰρ ὑποδῦναι [sc. ἡ ὕλη] ἠθέλησεν, οὐδὲ χρωσθῆναι ἀπ’αὐτῶν δεδύνηται, ἀλλὰ μένουσα πρὸς ἄλλο δυνάμει οὕσα πρὸς τὰ ἐφεξῆς; ita enim verba accipi malo, quam cum Ficino: assidue remanet vergens ad aliud, in potentia se habens ad ea continue, quae sequuntur; sed illud δυνάμει οὕσα πρὸς . . . in ipsam relationem ita prominet, ut utra parte collocandum sit, ambigi possit. cf. II. 5. 4. 170. 22.

Restant autem, in quibus verbo facultatem significante non addito πρὸς solum fere notionem facultatis, idonei ad al. sustinet vel efficit. II. 3. 5. 138. 5. οἶον χολή καὶ τῷ ὄλω καὶ πρὸς τὸ ἐγγύς; simile hoc quodammodo superioribus: bilis cum toti tum proximae parti adest, praesto est. III. 6. 19. 309. 7. Ἐρμῆν μὲν ποιοῦσι τὸν ἀρχαῖον τὸ τῆς γενέσεως ὄργανον ἀεὶ ἔχοντα πρὸς ἐργασίαν sc. paratum. V. 3. 17. 201. 25. ἀλλὰ πάλιν ἐπραστέον εἶ ποθὲν τινα πρὸς τὴν ὠδῖνα ἐπωδὴν εὐροίμεν. int: carmen, quod idoneum parturienti animae adhibeatur; nec non similia: II. 9. 10. 198. 27. πλέον γὰρ οὐδὲν ἂν γίγνοιτο πρὸς τὸ πείθειν αὐτούς. III. 6. 2. 282. 15. πρὸς τὸ ζητούμενον οὐ μικρὸν ὁ λόγος ἀνύσειεν: ad solvendam quaestionem argumentatio non leve momentum efficiat.

Cognata tandem sunt, in quibus πρὸς non notionem aptum, paratum esse, non facultatis sed consilii refert: IV. 4. 23. 71. 26. πρὸς ἔργον τι ἀφωρισμένον; I. 2. 5. 55. 12: πρὸς ἄνεσιν; I. 3. 3. 59. 28. πρὸς συννεθισμόν. I. 4. 16. 79. 9. πρὸς τὸ τέλος. I. 9. [1] 116. 7. ἡ τῶν φαρμάκων προσαγωγή πρὸς ἔξοδον ψυχῆς. IV. 4. 8. 53. 17. μήτε πρὸς χρείαν μήτε πρὸς ἄλλην ὠφέλειαν. cf. IV. 4. 24. 72. 18; IV. 4. 32. 85. 7; IV. 4. 26. 74. 30: πρὸς ζώων πρόνοιαν V. 5. 7. 214. 18: πρὸς δήλωσιν τοῦ λεγομένου. VI. 7. 10. 437. 9: τί γὰρ κέρατα ἐκεῖ πρὸς ἄμυναν; ἢ πρὸς τὸ αὐταρκες; deinde πρὸς cum infinitivo: II. 1. 7. 127. 5: μετέχειν ὕδατος πρὸς τὸ μὴ ἀνχηρὸν καὶ μερῶν πρὸς τὸ μὴ κωλύεσθαι συναγωγήν. I. 2. 1. 51. 18. πρὸς μὲν οὖν τὸ μὴ ἀναγκαῖον καὶ ἐὶ ἀρετὴν εἶναι . . . ταυτί i. e. ad demonstrandum . . . haec dicta sunt. I. 4. 3. 65. 29. IV. 8. 1. 143. 29. ib. 144. 2.

Huc usque particulae πρὸς vim directivam prosecuti, ad explicandam structuram vv. communionis, [κοινός, συμφωνία, ὁμοπαθεῖν πρὸς c. acc.] de quibus hoc loco agendum est, revertamur necesse est

ad particulae vim sensibilem atque concretam, quam esse copulatae cum vv. admovendi, coniungendi, coëundi apparuit. Iam enim *συνουσία πρὸς* assumere vidimus, verbali nimirum quadam vi advocatum, vidimus *εἰς ἐν ἰέναι* et similia cum *πρὸς* iuncta; quid igitur quaeramus, quibus facilius annectamus *ἐνοῦν*, *ὁμιλία*, *κοινωνία*, cetera cum *πρὸς* et accusativo? Analogia illorum eaque duplici et formae et significationis, credo, factum est, ut haec in locum vulgaris dativi *πρὸς* cum acc. reciperent; formae, nam pleraque easdem quas illa particulas *ῶμο* — *σύν* continent; si non habent, significatione ad illa prope accedunt, atque omnis communio cogitando quidem ad actum admovendi, coëundi, reduci potest. ¹⁾ Sed exempla haec affero: *ἐνοῦν*. VI. 6. 1. 398. 18. *ἄλλο πρὸς ἄλλο μέρος αὐτοῦ ἐνοῦντος*; ²⁾ necnon *εἰς*, quamquam is usus aliunde originem duxisse videtur [cf. *ὁ αὐτός*] VI. 9. 10. 523. 10. *ἕτερον οὐκ ἰδὼν ἐκεῖνο . . ἄλλὰ ἐν πρὸς ἑαυτόν. κοινωνία*. II. 9. 6. 192. 13. *τὴν πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίαν*. ib. v. 20; IV. 8. 1. 143. 13; IV. 8. 2. 145. 22, *κοινός* II. 9. 15. 205. 24; *ὁμιλία*. II. 9. 6. 191. 23. *τὴν πρὸς σῶμα ὁμιλίαν*.

Coëundi quaedam vis in eis quoque *πρὸς* allexisse videtur, quorum ad *συνιέναι πρὸς τι* eadem fere condicio est, quae inter

¹⁾ At si ex indole sermonis Graeci et Graecorum cogitandi rationis erat in notione communionis vim admovendi, coëundi sentire, cur demum apud recentiores *πρὸς* c. acc. dativi loco increbruit? cur veteres non idem senserunt? num hi minus sensibiles quam posterii condiciones acceperunt? Particulae *σύν* — *ὁμό* — cum aliis vocabulis adiungerentur, ita adverbialia fuisse videntur, ut notionem compositi a simplicis verbi aliquid distinguerent, neque tamen ita permutarent, ut causa fuerit, cur composita alia ac simplicia rectione uterentur; verbis autem communionis dativus proprius erat. Sed cum casus consuetudine dicendi decrepiti quodammodo esse viderentur, prepositiones adhibitae sunt; quod autem ad communionis condicionem fulciendam *πρὸς* cum accusativo elegerunt, ea re docemur fuisse aliquid in vocabulis, quod huic structurae viam patefecerit; id autem duplex invitamentum fuisse supra dictum est.

²⁾ Ut verba coëundi, ne *ἐνοῦν* quidem *εἰς* spernit, sed hoc quoque loco *εἰς* alium ac *πρὸς* sensum efficit: VI. 9. 1. 508. 4. *ὅταν εἰς ἐν καὶ εἰς μίαν ὁμολογίαν ἐνωθῆ*; multo magis dativus acceptus est. cf. I. 8. 14. 113. 23., V. 3. 8. 188. 19., VI. 2. 11. 314. 12., maxime vero vocabulo *εἰς*.

λέγειν et λέγειν vel νοεῖν πρὸς τι: ὁμολογεῖν: I. 6. 1. 86. 13. ὁμολογεῖ πρὸς ἄλληλα. ὁμονοεῖν. V. 1. 9. 173. 4. πρὸς ἐν ἔργον τὴν τοῦ παντός συμφωνίαν ὁμονοήσουσιν; Fic. τὴν . . . συμφωνίαν recte appositionem ad ἐν ἔργον intellexit. M. zu einem Werke mit der Harmonie . . . in Einklang stehen. συμφωνία. I. 2. 1. 50. 15; III. 7. 4. 313. 24; IV. 3. 12. 25. 3; VI. 8. 14. 498. 2; σύμφωνος. III. 3. 1. 251. 22; IV. 4. 45. 101. 10. [οὐκ] ἀσυμφώνως II. 1. 3. 122. 3. Ut vero κοινός plerumque non notionem versandi prope al., quae quidem ad coeundi respicit, sed latiore communionis, cognationis in se continet, [cf. IV. 3. 31. 45. 20; VI. 1. 2. 264. 28; ib. 4. 267. 29; VI. 3. 7. 334. 27.] idem verbis cum σύν et ὄμο — compositis accidit. ὄμοπαθεῖν. IV. 9. 1. 153. 25: ὄμοπαθεῖν ἡμᾶς τε πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τὸ πᾶν. IV. 5. 1. 102. 7. ὄμοπαθείας τινὸς οὕτω πρὸς αὐτὰ γινομένης. συμπαθής. IV. 4. 34. 87. 23; IV. 5. 8. 113. 13; συμπάθεια. IV. 5. 3. 106. 2. bis. συναίσθησις IV. 4. 45. 100. 3; συμμετρία I. 6. 1. 85. 15. σύμμετρος ib 86. 9; II. 9. 13. 202. 22; ἀσυμμέτρως II. 3. 14. 146. 9; συγγενής I. 6. 9. 96. 8. ὁμώνυμος VI. 1. 12. 279. 15. ὁμοειδής VI. 4. 9. 374. 13.

Iam verbo ὁμοειδής prolapsi sumus ad verba similitudinis, quae ut cognationis et aequalitatis πρὸς sibi alligant.

Adiectivum ὁμοιος cum πρὸς non inveni¹⁾ sed ὁμοίως VI. 2. 11. 313. 26; ὁμοιότης I. 1. 9. 46. 24. sq. I. 6. 2. 87. 1; III. 1. 5. 222. 1; ὁμοίωσις I. 2. 3. 53. 11; I. 2. 7. 57. 23. bis; 24. 26. bis; III. 6. 7. 292. 29; ὁμοίωμα V. 6. 5. 226. 17; ὁμοιοῦν I. 2. 2. 51. 28; I. 7. 1. 97. 11; II. 3. 5. 137. 31. sq. ἀφομοιοῦν V. 8. 8. 241. 9. εἶπε γὰρ [sc. Plato] ἠγάσθη τε καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς τὸ παράδειγμα αὐτὸ ἐβουλήθη ἀφομοιωῖσαι.²⁾ ἀνάλογος. III. 5. 4. 272. 27. ἀνάλογον πρὸς τὴν αὐτῆς φύσιν. VI. 5. 11. 396. 12: χρόνος πρὸς τὸ ἐν τῷ αὐτῷ μένον ἐν οὐσίᾳ ἔξει τὴν ἀναλογίαν. cf. III. 6. 4. 287. 17. sq. τὰ

¹⁾ Vulgaris est usus dativi, exstat etiam genetivus V. 8. 2. 232. 22. ὄσαι γυναικῶν Ἀφροδίτης ὄμοιοι κάλλει; item ὁμοειδής IV. 3. 4. 14. 23. τῆς δὲ ἄλλης ψυχῆς τῆς ὁμοειδοῦς τῶν ἄνω τῆς ὄλης. cf. Bernhardy. Wissenschaftliche Syntax der griech. Sprache. Berlin 1829. p. 139 et 170.

²⁾ Quomodo Plotinus aliorum verba laudare soleat, ut cognoscas, cf. locum Platonium [Tim. 37. C. extr.] de quo agitur: [ὁ γεννήσας πατῆρ] ἠγάσθη τε καὶ εὐφρανθεῖς ἔτι δὲ μᾶλλον ὄμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι.

δὲ αἷτια τοῦ κινῆσαι ἀνὰ λόγον τῷ μουσικῷ. τὰ δὲ πληγέντα διὰ πάθους πρὸς τὰς χόρδας ἂν τὸν λόγον ἔχοι. Ἰσος. V. 1. 9. 173. 5. sq. πῶς δὲ ἴσα πρὸς τὰ νοητὰ καὶ κινουῦντα τὰ ἐν οὐρανῷ αἰσθητά; [de sensu cf. ib. p. 172. 18 sqq.;] huc etiam pertinent: VI. 5. 11. 396. 18. ταύτης [sc. τῆς φύσεως ἀντιπαράθευσης] τὰ ἴσα πως τῷ χρόνῳ θεούσης πρὸς μένουσαν δύναμιν; II. προσμένουσαν, correxit Steinhart.¹⁾ int: aequat aliquomodo temporali cursu manentem postatem; nec non VI. 7. 9. 436. 2. [διὰ τί οὖν οὐκ ἐπίσης λογικά; sc. τὰ ἄλλα ζῶα.] διὰ τί δὲ ἄνθρωποι πρὸς ἀλλήλους οὐκ ἐπίσης; VI. 1. 7. 270. 19 sq. ἴσα . . πρὸς ἄλληλα ἐπὶ τοῦ ποιᾶ εἶναι ἔστιν ἐν ταυτότητι τῇ πρὸς ἄλληλα. ὁ αὐτός: VI. 4. 1. 363. 2 sq. [ἐπὶ τοῦ λευκοῦ] τὸ αὐτὸ μὲν εἶδει τὸ ἐπ' ἄλλου πρὸς τὸ ἐπ' ἄλλου μέρους; in sequentibus autem huic πρὸς respondet καί: ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς τὸ αὐτὸ ἀριθμῶ τὸ ἐν τῷ ποδὶ καὶ τῇ χειρὶ ὑπάρχει. V. 5. 4. 211. 17. sqq. ἄρ' οὖν αἱ μὲν μονάδες ἄλλως αἱ ἐν πεντάδι καὶ δεκάδι, τὸ δὲ ἐν τῇ πεντάδι πρὸς τὸ ἐν τῇ δεκάδος τὸ αὐτό; ἢ εἰ ναῦς πᾶσα πρὸς πᾶσαν, μικρὰ πρὸς μεγάλην, καὶ πόλις πρὸς πόλιν καὶ στρατὸς πρὸς στρατὸν, ταῦτ' ἐν καὶ ἐνταῦθα; hinc vero etiam εἷς πρὸς c. acc. facile derivari possit.

Hoc quoque loco subsistendum est atque quaerendum, qui factum sit, ut verba similitudinis, aequalitatis πρὸς sibi iungerent. Hanc autem quaestionem ita habere expedit, ut ὅμοιος quaeque eiusdem familiae sunt, a ceteris seiungamus. Nam cum omnino verba similitudinis cum verbis communionis conexum quendam habeant, ὅμοιος ipsa forma vestigium retinuit, quo ad illa verba cum ὄμο — composita propius accedit. Quapropter πρὸς ad hoc eadem qua ad illa via pervenire potest ad eam condicionem indicandam, qua alterum ad alterum admovetur, accedit, scilicet similitudine. Haec autem sententia ipsa verba vocabulo cognata [ὄμοιοῦν — ἀφομοιοῦν] spectantibus probabilior fit, quae cum activam quandam vim contineant efficaciorum quam nomina, facilius etiam particulam assumunt, qua vis verbalis, actus ὄμοιοῦν ad obiectum dirigatur, ad obiectum scilicet, cui quid assimuletur. Accedit argumentum vis particulae πρὸς in προσόμοιος cognatis-

¹⁾ Caroli Steinharti meletemata Plotiniana. Numburgi MDCCCXLI. p. 50.

que, quae directiva videtur esse. ¹⁾ Verisimile igitur est, ad structuram *ὄμοιος πρὸς* c. acc. efficiendam per analogiam verborum cum communionis tum coëundi sensibilem illius condicionis naturam aliquantum attulisse. Inde vero ab *ὄμοιος* structuram ad cetera verba similitudinis, aequalitatis translata esse neque plane negaverim neque affirmaverim; quamquam non solum apud Plotinum, sed omnino, quantum video, *ὄμοιος* et cognata multo saepius cum *πρὸς* et accusativo exstant, quam cetera, quorum partem alibi non inveni.

Sed altera via *πρὸς* introire potuit. Quod mox videbimus, etiam apud Plotinum *πρὸς* c. acc. ad comparandi rationem significandam adhibetur; inde cur suspicari non liceat *ὄμοιος*, *ἀνάλογος*, *ἴσος*, *ὁ αὐτὸς πρὸς* c. acc. nos eodem modo interpretari posse? Dummodo 'comparare' ne 'augere' intellegamus, quod ut faciamus vocabulo usitatissimo 'comparativus' facile adducimur; comparando enim non modo discrepantia, sed etiam congruentia effici potest, neque alterius partis *πρὸς* proprium est, sed toti-

¹⁾ Gustavus Meyer 'Zur griechischen Nominalcomposition' [Curt. Stud. VI. p. 381.] *πρὸςὄμοιος* ad determinativa, quae dicuntur relegans, interpretatur 'ziemlich [eigentlich annähernd] ähnlich'; agnovit igitur V. D. sensibilem notionem; neque tamen scio, an ad verum propius accedamus, si *πρὸς* non accessum quendam ad ipsam notionem similitudinis [annähernd ähnlich] significare arbitramur, sed quasi instrumentum accipimus, quo actus assimilandi in vocabulo latens ad obiectum suum transfertur; *πρὸς* nexum efficit vel astringit, adducit id, quod *ὄμοιον* est, ad id, cui *ὄμοιον*; *ὄμοιος* particulam *πρὸς* fulcrum sibi iungit aut praefixum aut postpositum; illud adverbialem naturam servavit, hoc praepositionalem induit. Neque aliam notionem cognoscimus in *πρὸςσηνής*, *πρὸςφιλής*, [cf. *συμπαθής*] *πρὸςπαθής*, in *πρὸςγενής*, *πρὸςκηδής* eandem in *πρὸςειδής*, *πρὸςσεικώς*, *πρὸςεικάζειν*, *πρὸςαναλίγκιος*, eandem in *πρὸςφερής*, *πρὸςεμφερής*, *πρὸςφέρεσθαι*, quibus certius nullum testimonium exstat; in hisce manifestum est admovendo altero ad alterum notionem similitudinis effici posse. Denique *πρὸςὄμοιος* non idem valere quod *παρόμοιος* Julius Pollux videtur auctor esse, cum dicit: [ὄνομ. Θ 130. ed Bekker. p. 392.] *εἴποις ἂν ἐπὶ τοῦ ὄμοιος εἰκώς, πρὸςὄμοιος (ὁ γὰρ παρόμοιος παρ'ὀλίγον ὄμοιός ἐστι) παρσεικώς, παραπλήσιος, ἐμφερής, πρὸςφερής, πρὸςφέρων*; unum *παρόμοιος* e numero ceterorum excepit, opposuit *πρὸςὄμοιος*.

us comparandi generis. Comparationem autem Graeci, si *πρός* vel *παρά* utuntur, ita instituunt, ut alterum ad alterum adducant vel iuxta, secundum alterum collocent.¹⁾ Quod si *ἕτερος, διάφορος* *πρός τι* haud insolitum est, cur *ἀνόμοιος, ὅμοιος* ceterisque aliam rationem explicandi quaeramus? Attamen alteram sententiam, saltem in *ὅμοιος* cognatisque, probare conati sumus. Utra verisimilior? Fortasse in unam conciliari possunt: Sive analogiam verborum communionis statuimus, sive a comparativa sive a relativa quae hanc complectitur, ratione illam structuram derivamus, si ad fundamenta uniuscuiusque usus descendimus, eadem emergit sensibilis condicio, admovendi, causa remotissima.²⁾

Sed nunc quae restant verba congruentiam, deinde discrepantiam significantia addentur, in quibus de comparativo munere particulae *πρός* non ambigitur. IV. 4. 39. 94. 5. *πρός ταῦτα πάντα* [sc. *ἃ πράξουσιν οἱ πολῖται*] *νομοθετοῦντα* i. e. leges civium moribus accommodare, quod ita fit, ut leges ad utilitatem aut inutilitatem cognoscendam cum moribus civium quasi comparentur. VI. 7. 7. 433. 26. *σχηματίσασαν ἑαυτὴν ὡσπερ τὸν ἐν ὀρχήσει πρὸς τὸ δοθὲν αὐτῷ δρᾶμα*; V. 8. 1. 232. 8. *ὁ Φιδίας τὸν Δία πρὸς οὐδὲν αἰσθητὸν ποιήσας* i. e. nullum sensibile archetypum habuit, cuius ad similitudinem Iovem effingeret. VI. 2. 11. 314. 20. sqq. *τὰ δὲ ἐν ταῖς τέχναις αὐτῆ ἑκάστη ἑκαστον πρὸς τοῦτο* [sc. *τὸ ἐν*] *καθ' ὅσον δύναται καὶ ὡς δύναται ἐκεῖνα, οὕτως λέγει*; ultimum verbum corruptum M. in *ποιεῖ* mutavit; malim *τελεῖ*. VI. 7. 12. 440. 17. *ἐπεὶ γὰρ φαμεν πρὸς οἶον παράδειγμα ἐκείνου τόδε τὸ πᾶν εἶναι*. Fic. velut ad illius exemplar effingi.

Eodem referenda sunt verba iudicandi, metiendi, determinandi aliquid secundum aliquid; neque enim aliud quicquam cum *πρός*

¹⁾ Hanc de cogitandi ratione Graecorum sententiam Hermannus Ziemer valde firmavit cf. *Vergleichende Syntax der indogermanischen Comparation, insbesondere der Comparationscasus der indogermanischen Sprachen und sein Ersatz*. Berlin. 1884. p. 100., quem librum quamquam viri docti improbarunt, in hac re ille videtur recte sensisse.

²⁾ Comparativus usus particulae *πρός* cum ceteris inferior semper fuisset, etiam in libris novi testamenti raro invenitur, Winer l. l. p. 482. unum exemplum affert; recentioribus temporibus videtur evanuisse, in vulgari Graecorum sermone non exstat cf. Mullach. l. l. p. 338. 383., vicario munere *παρά* et *ἀπό* c. acc. funguntur.

iuncta indicant, nisi comparationem i. e. appositionem mensurae ad mensurandum vel mensurandi ad mensuram. Latini alia cogitandi ratione utuntur. VI. 6. 3. 400. 30. sq. ἄμφω γὰρ πρὸς τὸν αὐτὸν τόπον κρινεται. V. 5. 11. 218. 19. sq. καὶ τὸ ἄπειρον τοῦτο τῷ μὴ πλεόν ἐνός εἶναι μηδὲ ἔχειν πρὸς ὃ ὀριεῖται τῶν ἑαυτοῦ. ib. 218. 22. οὐτ' οὖν πρὸς ἄλλο οὔτε πρὸς ἑαυτὸ πεπέρανται. IV. 4. 17. 63. 1. ἄλλο καὶ ἄλλο πρὸς τὴν χρεῖαν καὶ πρὸς τὸ παρὸν, οὐχ ὠρισμένον ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἄλλο ἀεὶ καὶ ἄλλο ἔξω. ὅθεν ἄλλο τὸ βούλευμα καὶ πρὸς καιρὸν, ὅτε ἡ χρεῖα πάρεστι; quae omnia huc spectant, quamquam interpretibus aliter placuit; Plotinus, cur anima nostra non ut anima mundi se habeat quaerit atque respondet: quia non ut in illa unum idemque, sed multa dominantur et moventur; vel etiam quoniam aliud et aliud secundum usum [i. e. accommodatum usui] et praesentem condicionem viget. ctt. VI. 8. 5. 483. 22. πρὸς τὸ πῖπτον . . τοδὶ ἢ τοδὶ ἐργάζεσθαι. IV. 3. 15. 28. 10. [ἀσάλευτα μὲν τηροῦσα] ὅσα δύναται σώζειν ἑαυτὰ πρὸς τὴν ἐκείνων ἔξιν. i. e. pro illorum condicionem. III. 4. 3. 263. 4. ταύτη καὶ ὁ κακὸς ἐπὶ τὸ χεῖρον βρῖσαντος πρὸς τὴν ὁμοιότητα τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν τῇ ζωῇ εἰς βίον θήρειον. int. ut congruum [sc. eius cum vita farina] similitudini. II. 1. 6. 126. 21. πῦρ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ διὰ τί ψυχῆς παρουσίας οὐ συστήσεται πρὸς τὴν δύναμιν αὐτῆς. Fic. perperam vertit, M. recte, quod ad sensum, 'durch'.¹⁾

Sed haec haec hactenus. Nunc ad eam comparandi rationem, qua discrepantia efficitur, oratio procedat; atque duo genera coniuncta invenimus: V. 3. 10. 192. 4. εἶναι τὰ κυρίως νοούμενα πρὸς τὸν νοῦν καὶ τὰ αὐτὰ καὶ ἕτερα. V. 1. 4. 166. 23. δεῖ δὲ καὶ τοῖς νοηθεῖσιν ἑτέροις πρὸς ἄλληλα εἶναι. II. auct. Vo. ἑτέρους;²⁾ II. 6. 1. 173. 3. sqq. [τὰς οὖν ποιότητας ἐκεῖ φήσομεν

¹⁾ πρὸς a. acc. proprie nullam vim causalem, sed comparativam continet; hoc loco alterum membrum comparationis est τὸ συνίστασθαι ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ πῦρ, alterum ἡ δύναμις τῆς ψυχῆς; cetera extrinsecus adduntur, comparatione effici congruentiam, hanc autem eam esse, quae intercedit inter rem efficientem et effectam.

²⁾ M. ad ἑτέροις nihil adnotavit, quamquam Vitringae (l. l. p. 12.) coniecturam ἑτερότητα affert, quam Vo. recepit; si II. ἑτέροις exhibent, tenendum est; sin minus, facilius quam illud restituitur.

οὐσίας διαφορὰς περὶ οὐσίαν οὕσας ἢ περὶ ὄν], διαφορὰς δὲ ποιούσας ἑτέρας οὐσίας πρὸς ἀλλήλας καὶ ὅλως οὐσίας; quae M. parum recte vertit: Qualitäten nämlich, welche andere Wesenheiten hervorbringen, in Bezug auf einander'; πρὸς cum ἑτέρας coniungendum est atque vertendum: num igitur ibi dicamus essentias, differentias circa essentiam vel circa ens; differentias autem efficientes, ut essentiae inter se diversae [alterae] sint? *διάφορος*. VI. 2. 3. 303. 5; *διαφορά*. IV. 3. 8. 18. 4. ἄλλος. IV. 4. 2. 49. 12. ἡ ψυχὴ . . . πάσχει τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο πρὸς αὐτήν. ἄλλοτριότης. V. 1. 10. 174. 12; ἄλλοτριῶς II. 3. 5. 137. 31. sed apponam locum a viris doctis temptatum. v. 28. sqq. *Αἶα δὲ ὄν λέγουσιν εὐκρατος πυρὶ καὶ ὁ Ἐῤῥος οὕτως. διὸ καὶ σύμφωνοι δοκοῦσιν ὁμοιότητι πρὸς δὲ τὸν Πυρόεντα καλούμενον τῇ κράσει, πρὸς δὲ Κρόνον ἄλλοτριῶς τῷ πόρρω* post καλούμενον Creuzer et Volkmann *σύμφωρος* inserunt, ἄλλοτριῶς in ἀλλότριος mutaverunt; neque tamen locus medela eget, nisi quod cum Muellero δὲ ante τὸν Πυρόεντα delendum est; ad ἄλλοτριῶς suppleas *ἔχει*. Attamen sententia claudicat, si cum Muellero vertimus: in Folge ihrer Aehnlichkeit zum sogenannten Feuerstern durch ihre Mischung im gleichen Verhältniss zu stehen; nam ita quid interest inter ὁμοιότητι et κράσει? immo, coniungas et σύμφωνοι δοκοῦσι πρὸς τὸν Πυρόεντα et τὸν Πυρόεντα καλούμενον τῇ κράσει: i. e. stellam, quae Igneus mixtione dicitur; in sequentibus cum Muellero post ἀδιάφορος. [v. 32.] interpungendum est, πρὸς ad ὁμοιούμενος spectat. ἴδιος ¹⁾ VI. 1. 3. 265. 25. ταῦτα μὲν ἴδια ἂν τις λέγοι πρὸς τὰ ἄλλα. II. 6. 3. 176. 4. ποιότητας . . . ἰδιώτητα εἶναι ἐκάστην οἷον διοριζούσας τὰς οὐσίας πρὸς ἀλλήλας καὶ πρὸς ἑαυτὰς ἴδιον χαρακτῆρα ἐχούσας. VI. 1. 10. 274. 26. αἱ δὲ διαφοραὶ αἱ πρὸς ἀλλήλας τὰς οὐσίας διιστᾶσαι. ²⁾)

¹⁾ cf. Eucken. l. l. p. 71.

²⁾ cf. Eucken. l. l. p. 72. Neque tamen haec ad ἀπόστασις adiungenda esse censeo; aliter explicari non possunt nisi analogia verborum ἕτερος, διάφορος, [διαφέρειν.] His autem in verbis cum πρὸς discrepantiam comparando effectam, intervallum quoddam significaret inter rem comparandam et comparatam, consuetudine dicendi factum est, ut ad alia quoque traduceretur verba seiungendi, in quibus comparationis indicium non inerat. Eodem modo ἀπόστασις πρὸς τι explicari possit, sed non necessario explicatur; a notione 'abesse ab al.'

Πρός additur etiam si discrepantia comparativo vel vocabulo comparativo sensu praeditum significatur. I. 5. 5. 81. 10. *εἴ τι οὖν πλέον ἔχει, τοῦτο ἔχει, ὅσον ὁ εὐδαίμων πρὸς οὐκ εὐδαίμονα.* III. 3. 4. 255. 23. *ἀμυδροῦ ὡς πρὸς τὸν πρὸ αὐτοῦ τοῦ λόγου.* IV. 4. 38. 93. 16. *ἐλλεῖπον πρὸς τὸ βέλτιον.*

Denique comparatio ea esse potest, ut oppositio magis esse videatur; *πρός* tamen naturam integram servat, ipsa vocabula opposita sensum efficiunt. I. 8. 3. 101. 18. sqq. [*ἤδη γὰρ ἂν τις εἰς ἔννοιαν ἦκοι αὐτοῦ οἶον*] *ἀμετρίαν εἶναι πρὸς μέτρον καὶ ἄπειρον πρὸς πέρασ καὶ ἀνείδεον πρὸς εἰδοποιητικὸν καὶ ἀεὶ ἐνδεές πρὸς αὐταρκές* IV. 3. 1. 10. 9. *ἡμᾶς — μέρη πρὸς τὸ ὅλον ὄντας.* IV. 7. 1. 120. 27. sq. *τὸ δὲ κυριώτατον καὶ αὐτὸς ὁ ἀνθρώπος εἶη ἂν ἢ κατὰ τὸ εἶδος ὡς πρὸς ὕλην τὸ σῶμα ἢ κατὰ τὸ χρώμενον ὡς πρὸς ὄργανον.* cf. I. 6. 3. 88. 11; IV. 7. 8. 134. 21; V. 3. 13. 197. 5; VI. 7. 23. 454. 13; V. 5. 4. 211. 16: *καὶ αὕτη πρὸς τὸ συνεχές οὔτε κατὰ τὸ ὡς εἶναι ἐν οὔτε κατὰ τὸ ποσὸν ἐν.* Fic. 'atque haec quidem eadem ratione ad continuum comparata, neque quoad spectat ad esse unum neque quoad pertinet ad quantum unum' rectius vertisse videtur quam M. und diese Zweiheit in ihrer Beziehung zur Continuität ist weder nach ihrem Einssein noch nach ihrer quantitativen Einheit zu betrachten; quae, quomodo ad sententiarum nexum quadrent, non dispicio. Neque tamen locum integrum esse credo; vocabulum ὡς ante εἶναι nemo interpretatus est neque explicare possit; fortasse scribendum est *τὸ ὄντως εἶναι*, oppositum scilicet *τῷ ποσόν [εἶναι]* ut supra p. 210. 30 sq. *ὁ οὐσιώδης ἀριθμὸς* et *ὁ τοῦ ποσοῦ.* Quaeritur autem *πῶς ἢ δυάς ἐν*; num dyas eodem modo unum est, quo monades, quas continet? Monadas ait participes esse primae monadis i. e. unius, sed diversas ab ea; neque non dyada, quoad unum sit, illius participem esse, sed alio modo, scilicet ac monadas; quoniam ne exercitus quidem eodem modo, quo domus, unum est; haec quoque [dyas], si cum continuo comparatur, neque quoad mera essentia est, neque quoad quantitativa, unum est. Cogitandum autem de differentia, quae est

πρός non prorsus abhorret, siquidem metiri recte ordimur; a notione seiungendi *πρός* c. acc. alienum est; quod autem *χωρισμός, ἀποτομή* *πρός τι* exstat, *πρός* non 'a quo' sed 'quo' separatio, discessus fit, indicat,

inter τὸ συνεχές et τὸ διωρισμένον; e. g. domus συνεχές est, numerus, exercitus διωρισμένον; hoc cum illo comparatum unum non est; at est quodammodo ipsum per se unum, participatione scilicet monadum, quas continet; monades, propter ipsarum naturam, unius participes sunt, illa [δυσάς] particeps est per monades, non igitur eodem modo. [οὐχ ὡσαύτως v. 14.]. Neque scio, an Fic. locum ita intellexerit; siquidem distinxit post ‘esse’ et post ‘quantum’, neque vocabula ‘unum — unum’ cum antecedentibus coniunxit, ut M., sed supplendo ‘est’ rettulit ad: ‘atque haec quidem.’

Sed iam dudum nos ad quartum genus, ad relationem pervenisse perspicuum est. Relationem vero si accipimus ea, quae latissime patet, notione, omnia de quibus egimus et agemus complectitur; nam id munus est praepositionum, ut relationem inter nomina aut verborum ad nomina significant. Eam igitur relationem principium divisionis, cui usus localis, temporalis, finalis respondeat, non adhibemus. Relationem hoc loco eam intellectam velim, quae si inter res intercedit, hae ita inter se coniunguntur, ut altera alteram desideret, qua constituatur, determinetur, distinguatur; itaque huc primum totum genus comparationis referre debemus, cuius proprium est rei alicuius naturam, condicionem, relatione ad alteram vel ad plures definire. Ea vero, quam in omni relatione quamvis magis magisque attenuatam cognoscimus sensibilem condicionem — ipsa verba ‘relatio, referre’ forma eam prae se ferunt — comparandi ratione optime illustratur. Comparationis autem indicium quoddam in his quoque dispicitur: III. 3. 7. 259. 32. ἐπεὶ καὶ τὴν ἄνω πρόνοιαν ὀνομάζοντες πρὸς τὸ κάτω λέγομεν. VI. 3. 5. 331. 18. sqq. καὶ γὰρ τὸ πρῶτον ὡς πρὸς τὰ μετ’ αὐτὸ λέγεται. οὐ γὰρ ἀπλῶς πρῶτον ἀλλ’ ἔστιν ὡς πρὸς ἐκεῖνα ἔσχατα ἄλλα πρῶτα μετ’ ἐκεῖνα; V. 5. 6. 213. 21. τάχα δὲ καὶ τὸ ἐν ὄνομα τοῦτο ἄρσιν ἔχει πρὸς τὰ πολλά.

Sed hoc exemplum ad alterum genus relationis vergit, cui notio comparandi deest; membra tamen, ut ita dicam, enuntiationis tam arte nexa sunt, ut alterum sine altero aut omnino aut certa quadam ratione esse nequeat, cum altero mutetur, ab altero pendeat, determinetur. VI. 1. 6. 269. 11 sq. ἡ μὲν γὰρ ἐπιστήμη ἔχει ἂν πρὸς ἐπιστητὸν μίαν τινὰ κατ’ ἐνέργειαν ὑπόστασιν πρὸς τὸ τοῦ ἐπιστητοῦ εἶδος καὶ ἡ αἰσθησις πρὸς

αἰσθητὸν ὡσαύτως. VI. 1. 7. 271. 15. ἃ πρὸς ἄλληλα ἐγεννήθη. Fic. quae ad se invicem facta sunt i. e. mutua relatione. VI. 1. 27. 294. 31. sqq. πρὸς τι γὰρ τὸ ὑποκείμενον οὐ πρὸς τὸ ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ πρὸς ποιοῦν εἰς αὐτὸ κείμενον, καὶ τὸ ὑποκείμενον ὑπόκειται πρὸς τὸ οὐχ ὑποκείμενον.

Huc usitatissimum illud πρὸς τι spectat, de quo cf. VI. 1. 6. sqq. VI. 2. 16; VI. 1. 7. 271. 3. sqq. λεκτέον δὲ τὸ πρὸς τι οὐκ εἶ τι ἀπλῶς ἑτέρου λέγεται, οἷον ἕξις ψυχῆς ἢ σώματος, οὐδ' ὅτι ψυχὴ τοῦδε ἐστὶν ἢ ἐν ἑτέρῳ, ἀλλ' οἷς ἡ ὑπόστασις οὐδαμῶθεν ἢ ἐκ τῆς σχέσεως παραγίνεται; nec non: τὸ πρὸς ἕτερον: VI. 1. 17. 283. 27. sq. τὰ μὲν πρὸς τι αὐτῇ ἢ σχέσις ἐγέννα, ἀλλ' οὐ τὸ πρὸς ἕτερον μόνον λέγεσθαι; quod ad sensum loci, Ficinus τὸ πρὸς ἕτερον μόνον λέγεσθαι recte nominativum intellexit. τὰ πρὸς ἄλληλα. VI. 1. 6. 269. 30; τὸ πρὸς ἄλλο VI. 8. 11. 493. 13; VI. 8. 8. 488. 19. τὰ πρὸς τὰ ὄντα.

Sed ex illa relatione, qua alterum ab altero pendet, cum eo mutatur, determinativa quaedam, quam ita dixerim, notio prodit, quam non tam in πρὸς cum accusativo pronominis personalis saepissime coniuncto agnoscimus: — VI. 8. 8. 488. 6. αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ πρὸς αὐτό. VI. 8. 17. 502. 8. αὐτὸς ἄρα αὐτῷ ὃ ἐστὶ πρὸς ἑαυτὸν καὶ ἐς αὐτόν, ἵνα μηδὲ ταύτῃ πρὸς τὸ ἔξω ἢ πρὸς ἄλλον, ἀλλὰ πρὸς αὐτόν πᾶς. — quam in iis locutionibus, quas vulgo per 'quod attinet ad' interpretamur. I. 4. 15. 78. 16. τέλειος πρὸς ἀρετήν. II. 1. 3. 122. 3. οὐκ ἀσύμφωνος ἂν τούτῳ ἢ σώματος φύσις πρὸς ψυχὴν πρὸς τὸ τὸ αὐτὸ εἶναι. VI. 8. 5. 483. 13. sq. εἴπερ δώσομεν, πρῶτον μὲν οὐ πρὸς τὴν τεύξιν ἴσως χρὴ διδόναι . .

Tertium genus relationis, minus pressam, astrictam eam exhibet ita, ut alterum altero aliquo modo distinguatur, compleatur. Haec autem inter exempla et ea, quae simplicis dirigendi notionis ultima attuli, cf. p. 59, certos terminos statuere difficile videtur esse. Sed indicium hoc est: Si qua in ipsa verborum aut forma aut significatione vis dirigendi πρὸς fulcrum desiderat atque invitat, quo vis verbalis ad obiectum adducatur, ea omnia a vera relatione absint; sin autem nihil tale in eis latet, sed relatio extrinsecus efficitur, ea huic generi subiungenda sunt. Pauca afferam. I. 6. 1. 85. 16. τὸ πρὸς τὴν ὄψιν κάλλος. i. e. quod adspicienti pulchrum est; II. 3. 5. 137. 10. πλήρης γὰρ οὐσα [sc. ἢ σελήνη] πρὸς ἡμᾶς ἐκείνῳ τῷ ὑπεράνω ὄντι

ἀφώτιστος ἂν εἶη . . . ὀππος. λείπουσα δὲ ἡμῖν . . . III. 1. 6. 222. 22. sq. ὥσπερ διάφορόν τι πασχόντων [sc. τῶν ἀστέρων] εἰ πρὸς ἡμᾶς δύνοιεν, ἀλλ' οὐκ ἀεὶ ἐπὶ σφαίρας οὐρανίας φερομένων καὶ πρὸς τὴν γῆν τὴν αὐτὴν ἐχόντων σχέσιν. VI. 3. 9. 338. 7. τὸ καθέκαστον πρὸς ἡμᾶς γνωριμώτερον ὄν πρότερον.

Vulgaris est usus particulae apud verba ἔχειν. σχέσις. σχηματισμός. IV. 4. 43. 98. 12. τί γὰρ μαθὼν τις πρὸς ἄλλο ἔχει; nos videlicet adverbium quoddam supplere solemus. Fit etiam ut v. ἔχειν in animo dicentis retineatur I. 1. 8. 45. 7. πρὸς δὲ τὸν νοῦν πῶς.¹⁾ IV. 4. 43. 98. 5. sqq. κατακούειν καλούντων τοὺς αὐτῶν [sc. τῶν δαιμόνων] ἐγγυτέρω τῶν τῆδε καὶ ὄσφ πρὸς τὰ τῆδε. πρὸς autem non ad ἐγγυτέρω respicere sequentibus docemur: πᾶν γὰρ τὸ πρὸς ἄλλο γοητεύεται ὑπ' ἄλλου, πρὸς ἃ γὰρ ἐστι . . .²⁾ Eadem, qua ἔχειν vi praeditum διακεῖσθαι

¹⁾ Huius loci ad exemplar Vo. ib. v. 16. verba codd.: τὸν δὲ θεὸν πῶς emendare conatus est in πρὸς δὲ θεὸν πῶς; neque tamen coniectura opus est; accusativus pendet a voce ἔχομεν e versu 13. supplenda.

²⁾ Alter locus, quo utrum πρὸς cum v. ἐγγύς coniungendum sit necne dubium videri potest, exstat VI. 1. 4. 267. 23. sqq., sed πρὸς, quod codd. exhibent, nisi omnia fallunt, corruptum est; legimus autem: ἔσται τοίνυν οὐχ ἐν τι γένος, ἀλλ' ὁ ἀριθμὸς μόνος, τὰ δὲ δευτέρως. οὐ κυρίως τοίνυν ἐν γένος ἀλλὰ κατηγορία μία συνάγουσα καὶ τὰ ἐγγύς πρὸς τὰ πρώτως καὶ δευτέρως. Post ἐγγύς cod. Med. A. πρὸς s. l. πως al. m., cod. Monac. C. πως; edd. πρὸς receperunt, sed iniuria, credo, neque Muellero interpretatione πρὸς defenditur: die Aussage, welche das dem Ersten nahe Stehende wie das Zweite unter sich zusammenfasst; opponi sibi non possunt τὰ ἐγγύς πρὸς τὰ πρώτως et 'καὶ δευτέρως; omisso articulo τα πρώτως καὶ δευτέρως comprehendenda esse significatur; deinde si cum Muellero facimus, τὰ ἐγγύς πρὸς τὰ πρώτως et καὶ δευτέρως ut diversa inter se conciliantur; sed quid interest? τὰ ἐγγύς πρὸς τὰ πρώτως nihil aliud sunt nisi τὰ δευτέρως. Illa igitur sententia improbanda est. Sin autem τὰ πρώτως καὶ δευτέρως in unum contrahimus, τὰ ἐγγύς ab hoc diversa, tertia fere oportet esse; sed hoc loco agitur de notionibus ἀριθμὸς, μέγεθος, tertium non datur. Tolluntur autem difficultates, si πως legimus, quod alia manus ad-

πρός sibi iungit IV. 6. 3. 117. 27. ὅταν τοίνυν ῥωσθῆ [sc. ἡ ψυχῆ] πρὸς ὀτιοῦν τῶν φανέντων, ὥσπερ πρὸς παρὸν διάκειται. i. e. οὕτως διάκειται πρὸς τοῦτο, ὥσπερ πρὸς παρὸν.

Haud ita vulgaris est usus particulae πρὸς apud vv. πάθος. πεῖσις similiaque, haec quoque σχέσιν quandam exprimunt, sed singulari modo. IV. 4. 31. 82. 12 μερῶν δὲ πρὸς μέρη πείσεις εὔδηλόν που παντί, ἡλίον τε πρὸς τε τὰ ἄλλα σχέσεις καὶ ποιήσεις καὶ πρὸς τὰ ἐπὶ γῆς . . . Fic. partium item ad partes actiones et passiones. VI. 3. 16. 346. 31. τὸ πρὸς σῶμα αὐτῆς [sc. τῆς ψυχῆς] πάθος. VI. 6. 12. 412. 1. πάθημα δέ τι τῆς ψυχῆς πρὸς ἕκαστον τῶν ὄντων.

Haec primo quidem obtutu inconcinnitatem videntur continere eam, ut accusativus post πρὸς locum genetivi obtineat; neque tamen his in enuntiationibus genetivum et accusativum promiscue usurpari ullo modo credibile est; hoc quoque loco accusativi usus non ita difficile defendi potest.¹⁾ Equidem rem ita explicandam esse censeo. Singularis verbi notionis vestigium remansit, ita tamen debilitata est, ut in latiorem notionem habitus, condicionis amplificaretur; quapropter vis verbalis non iam poterat suum sibi casum iungere, sed eum, qui πρὸς particulae relationem significantis proprius est, accusativum; πάθος, πάθημα, πεῖσις non aliter sentiebantur nisi σχέσις, sed σχέσις notione πάσχειν aliquo modo distinguebatur.²⁾ Verbo πάσχειν Plotinus ita non utitur,

scripsit; πως Ficinus vertit: unum praedicamentum congregans quoque propinqua inter se quodammodo, et quae primo et quae secundo loco se habent. Simillimum vitium paullo post deprehenditur. VI. 1. 8. 272. 3. [auct. M., Vo. nihil adnotat.] cod. Med. A. πρὸς, in margine πῶς m³; ceteri libri [ἀεί] πως; πως edd. omnes receperunt.

¹⁾ Eadem vel similibus structuris alii quoque utuntur; cf. quae Heindorf, Stallbaum ad Plat. Lys. 212. B., Bremi ad Demosth. Philipp. B. § 3. adnotaverunt. Quamquam parum recte dici mihi videtur 'πρὸς in talibus tum active tum passive usurpari', vel de simili structura ἀπέχθεια, ἔχθρα πρὸς τινα 'duplicem' esse statuendam 'significationem, subiectivam, odium quo aliquem persequor, obiectivam, odium quod est contra me apud aliquem.'

²⁾ cf. Plat. Tim. 19. B. Aristot. περὶ ζῴων γενέσεως ε 3. 783. a. 6. sqq. πολ. α 12. 1259. b. 16. φύσει γὰρ τὸν βασιλέα διαφέρειν μὲν δεῖ, τῷ γένει δ' εἶναι τὸν αὐτὸν. ὅπερ πέπονθε τὸ πρεσβύτερον πρὸς τὸ νεώτερον καὶ ὁ γεννήσας πρὸς τὸ τέκνον.

hoc tamen exemplum simile aliquid continet: I. 4. 8. 73. 2 sqq. *πρὸς τὰ μὴ θελητά, ὅταν παρῆ ἀρετὴν καὶ πρὸς ταῦτα ἔχει δυσκίνητον καὶ δυσπαθῆ τὴν ψυχὴν παρέχουσιν.*, adversus ea, quae invito accidunt, habet virtutem [sc. quam opponat] animam ita comparantem, ut ne ab istis quidem rebus facile moveri et affici possit. Hoc quoque in exemplo, si non modo *δυσκίνητον* sed etiam *δυσπαθῆ* cum verbis *πρὸς ταῦτα* iungenda esse concedimus, ea. vis v. *πάσχειν*, quae in *ἀπαθῆς* II. 9. 7. 193. 2. *πρὸς* c. gen. desiderabat, ita debilis est, ut in relativam mutata *πρὸς* c. acc. ferat. His tandem accedat cognatum exemplum. IV. 4. 24. 72. 25 sqq. *μέρεσι μὲν γὰρ πρὸς μέρη, οἷς καὶ τὸ παθεῖν ὑπάρχει, γένοιτο ἂν αἰσθήσεις . . . ὅλω δὲ πρὸς αὐτὸ τίς ἂν εἴη.*

Iam restat, ut de locis corruptis exponam, in quibus de notionibus *παθητός, ἀπαθῆς* agitur. IV. 4. 26. 74. 27. sq. quaeritur, utrum terrae *αἰσθήσεις* tribuenda sit, necne; hoc postquam affirmavit addiditque ei auditum [*καὶ ἀκούειν δὲ εὐχομένων καὶ ἐπινεύειν εὐχαῖς*] pergit: *καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι παθητὴν εἶναι πρὸς αὐτὴν καὶ τᾶλλα οἷον ὀσμῶν πέρι καὶ τῶν γευστῶν, ὅσα ὀσφραντὰ κατὰ τὰς τῶν χυλῶν ὀσμὰς πρὸς ζώων πρόνοιαν κτλ.* Verba *πρὸς αὐτὴν καὶ τᾶλλα* prorsus inepta sunt sive cum *παθητὴν* nectimus, sive cum Ficino finalem sensum sive cum Muellero relativum agnoscimus. Fic. aliis quoque sensibus uti ad se ipsam atque alia. M. dass sie auch die anderen sinnlichen Eindrücke erleidet mit Rücksicht auf sich selbst und die anderen Dinge; nam quid omnino *παθητόν* est nisi *πρὸς αὐτό*; atque ea sententia, quam recepto *τᾶλλα* solam extricare possumus, sequitur v. 30: *πρὸς ζώων πρόνοιαν.* Equidem glossema esse persuasum habeo, corruptum, ut videtur, ex *πρὸς αὐτὴν καὶ τᾶλλα.* Quae cum doctus quidam homo verborum *ἀκούειν δὲ εὐχομένων* memor, ut ea in animum revocaret, in substantivi formam redacta adscripsisset ad explicandum: *καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι*, falso inter Plotini verba recepta sunt. Idem vero ille homo huic potissimum et antecedenti capitulo enixe operam dedisse videtur; plura in hoc insunt, quae Henrico de Kleist non immerito suspicionem moverunt;¹⁾ atque verba p. 74. 10 sqq. *γίνονται δὲ εὐχῶν γνώσεις . . . συμπαθῶς* delenda esse mihi persuasit. Sed quod magni momenti est, in antecedenti capite simillimam illi inter-

¹⁾ l. l. p. 96. 97.

polationem recte cognovit;') cf. p. 73. 30 sqq. Plotinus ubi inutile esse statuit: τὸ μέρει τινὶ μέρους ἀντιλαμβάνεσθαι θέλειν, pergīt: ἄλλου τε ὄψιν ὡς καλοῦ ὄρα̃ν πεπονθότος καὶ ἐνδεοῦς. ὀσφραίνεσθαι δὲ καὶ γεύεσθαι χυμῶν περιστάσεις ἄν τις καὶ περιελκυσμοὺς τῆς ψυχῆς θεῖτο; ille autem desiderans actum audiendi facere non potuit, quin inter ὀσφραίνεσθαι δὲ et καὶ γεύεσθαι insereret καὶ ἀκούειν, sed quam inepte, magis etiam intellegimus, sequentia si spectamus: ἥλιον δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα κατὰ συμβεβηκὸς ὄρα̃ν καὶ ἀκούειν δὲ.

Alia corruptela ad vocabulum ἀπαθῆς pertinens latet: IV. 4. 42. 97. 10; οὐκὸν δοτέον τὸ πᾶν πάσχειν ἢ τὸ μὲν ἡγεμονοῦν αὐτοῦ ἀπαθῆς δοτέον πάντη εἶναι, γιγνομένων δὲ παθῶν ἐν μέρεσιν αὐτοῦ ἐκείνοις μὲν ἦκειν τὸ πάθος, παρὰ φύσιν δὲ μηδενὸς αὐτῷ ὄντος ἀπαθῆς τὸ γενόμενον ὡς πρὸς αὐτό εἶναι. Inania sunt ἀπαθῆς τὸ γενόμενον sqq. M. so bleibt das Gewordene, insofern es mit ihm in Beziehung steht, unafficiert; quid est τὸ γενόμενον nisi πάθος? cf. v. 8: γιγνομένων δὲ παθῶν; Plotinus non efficere vult τὸ γενόμενον esse ἀπαθῆς, sed τὸ ἡγούμενον, et esse ἀπαθῆς εἰς τὸ γενόμενον; si quae passiones ingruunt, ingruunt in partes, principale non patitur; hic sensus flagitatur neque tamen e Graecis verbis elici potest, nisi quis ἀπαθῆς significare eum, qui alium non afficit, demonstrat; adhuc ex Plotini genere dicendi mihi probatum non est; notio patiendi non in contrariam mutatur; si quid verba plus quam nudam condicionem indicant, πάσχειν notio subest; quapropter post ἀπαθῆς εἰς inserendum esse censeo; idem paullo post exstat v. 21 ἀπαθῆς εἰς γοήτευσιν.

Sunt denique, in quibus verbo idoneo non addito totum munus condicionis significandae particulae πρὸς contingat. II. 3. 3. 136. 4. τὸ δὲ οὐ πρὸς ἡμᾶς. IV. 5. 3. 106. 10. I. 4. 15. 78. 3 sq. ὄσαμὴ πρὸς σοφίαν μηδὲ ὄλως πρὸς ἀρετήν. I. 4. 16. 79. 14. ὄσα πρὸς τὴν χρείαν IV. 4. 31. 82. 24. V. 3. 16. 200. 12. τί ταῦτα πρὸς τὸ ἀγαθόν; VI. 6. 12. 412. 28. τί γὰρ ἂν εἴη πρὸς ὑπόστασιν. VI. 7. 39. 473. 20. τὸ δὲ πρὸς αὐτὸν πῶς, εἰ μὴ αὐτόν; II. 9. 9. 195. 30. χειροτέχνης τῶν πρὸς ἀνάγκην. II. 3. 15. 147. 5. τὸ πρὸς τὸ εὔ. IV. 3. 6. 16. 23. οὐχ ὁμοίως πάσαις ψυχαῖς ὑπάρχει τὰ πρὸς τὰ ἐκεῖ. Recte Ficinus: non

1) l. l. p. 95. 96.

enim quaelibet animae similiter ad superna se habent. [M. non item: das Trachten nach dem Intelligiblen]. IV. 4. 26. 74. 24. τὰ πρὸς ἀνθρώπους. IV. 4. 33. 86. 4. τὰ [μὲν] ἔξω πρὸς τὴν ὄρασην int: τὰ σχήματα.

Emendare conatus sum ed. Volkm.:

[cf. conspectum p. 2. sqq. (*) cf. Theses.]

II. 3. 13. 143. 29. = p. 56.	IV. 6. 3. 117. 25. = 57.
* II. 4. 16. 166. 18. = 37.	* IV. 7. 10. 138. 26. = 54. 2.
* III. 6. 5. 288. 11. sq. = 34.	V. 1. 3. 164. 16. = 39.
* III. 6. 17. 305. 26. et 28. = 33.	V. 1. 4. 166. 23. = 68.
* III. 7. 4. 313. 14. = 48.	V. 3. 16. 200. 31. = 51.
IV. 3. 4. 14. 25. = 36.	V. 5. 4. 211. 16. = 70.
* IV. 3. 21. 34. 26. = 40.	* VI. 1. 4. 267. 26. = 73.
IV. 3. 26. 40. 26. = 61.	VI. 2. 11. 314. 22. = 67.
* IV. 4. 26. 74. 27. = 75.	* VI. 4. 7. 371. 11. = 55.
* IV. 4. 42. 97. 10. = 76.	

Corrigenda.

- p. 1. 2. demus.
 p. 8. 17. προσέτι.
 p. 17. 17. post ποσῶ omissa sunt ἐν τε ἀριθμῶ.
 p. 31. 22. collocare.
 p. 41. 8. admirandam.
 p. 47. an. 1. spectat ad v. ἀπήρτιστο.
-

Theses.

- I. Plotin. enn. I. 8. 8. 108. 22 sq. lego καὶ χυμοὶ πάντες οἵπερ τοῦ δεξαμένου ἐκείνους. II. ὑπὲρ . . . ἐκείνου.
- II. ib. III. 6. 17. 305. 13. pro II. οὐχ οὕτω propono οὐ τυχόντως.
- III. ib. III. 8. 11. 346. 2. Θάμβος μέγα ἂν ἔχοι pro II. Θάμβος μὲν ἂν ἔχοι.
- IV. ib. IV. 3. 7. 17. 24. vv. καὶ πόλεων διαφορῶν οἰκήσεις καὶ τῶν σωμάτων αἰ κράσεις delenda sunt.
- V. ib. V. 1. 5. 166. 31 sq. scribendum est: πελάσασα οὖν αὐτῶ καὶ οἶον ἐν γενομένη ζῆ αἰί. II. ζητεῖ.
- VI. ib. V. 7. 2. 229. 11. ἀλλ' ἐκεῖνο ὅτι οὐκ ἴση [sc. ἡ ἐπικράτησις. II. pro ἴση: εἰ] ἐν τῷ φαίνεσθαι . . . post Θῆλυ signum interrogationis ponendum.
- VII. ib. VI. 6. 7. 406. 10. II. διὰ τὴν τοιαύτην φύσιν καὶ τῷ ἔχειν ἢ [vel ῆ] κατὰ τι ὁμοίωται mutanda sunt in δ. τ. τ. φ. καὶ τῷ ἔχειν ἐκείνη κατὰ τι ὁμοιότητα. [ἐκείνη sc. τῆ τοῦ νοῦ φύσει.]
- VIII. Cic. de nat. deor. II. 57. 143. legendum esse censeo: quibus . . . somno coniventibus [sc. nobis], cum oculis ad cernendum non egeremus, teherentur tutique tamquam involuti quiescerent.
-

Vita.

Eugenius Seidel, Nissensis, patre Ioanne matre Agnete e gente Elsneriana natus sum a. d. III. Nonas Maias a. MDCCCLXII. Fidem profiteor catholicam. Novem fere per annos cum gymnasium patriae meae frequentassem, testimonium maturitatis consecutus Vratislaviam me contuli, ubi quinque per annos philologiae philosophiaeque studiis deditus scholis interfui professorum Baeumker, Dilthey, Erdmann, Hertz, Niese, Reifferscheid, Rossbach, Weber, Weinhold; seminarii regii philologici tria semestria, duo seminarii germanici sodalis fui. Praeceptoribus omnibus imprimis vv. ill. **Hertz**, **Baeumker** gratias ago quam maximas eorumque memoriam pio semper in animo me esse retenturum promitto.

Gratias hoc loco palam me agere posse amplissimas vehementer gaudeo v. d. Dr. **Aloisio Elsner**, gymn. reg. cath. Vratisl. coll., pro egregiis eius in me meritis, quem a puero consilio et opera liberalissime adiuverit.
